

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob Liber
Vigesimvssecvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

expavescunt, atque ex his tribulationibus quæ mundum ferunt, præudent quæ sequantur. Bene autem subditur: [*Et pondus ejus ferre non potui;*] quoniam qui extremi judicij adventum intentamente considerat, profecto videt, quia tantus pavore imminet, quantum non solum tunc videre, sed se etiam nunc prævidere pertimescat. Consideratione namque tanti terroris metu animus palpit, & intentionis sua oculos declinans, intueri quod prævideret, recusat. Bene ergo dicitur: [*Et pondus ejus ferre non potui;*] quia cum superna majestatis vim ad judicium venientis, terroremque tanti examinis considerando animus conatur exquirere, mox ad semetipsum refugens, sc̄e expavescit invenisse. Sed inter hæc pensandum est, quia beatus Job ista de se loquitur laudatus & flagellatus. Si igitur saltem

A ad meritorum profectum ita percussus est qui sic timuit, quomodo feriendus est qui contemnit? Quomodo depressura sunt Dei iudicia eos qui se elevant, si & illos ad tempus depriment, qui haec semper in humilitate formidant? Quomodo pondus Dei poterit ferre qui despicit, si hoc & ille in verbere pertulit, qui per timorem prævidit? Unde summopere formidandum nobis est illud tantæ distinctionis examen. Constat autem, quia in hac vita cum percūtit, si percussionem correccio sequitur, disciplina patris est, non ira iudicis: amor corrigitur est, non districtio punientis. Ex ipso ergo præfenti verbere iudicia æterna penanda sunt. Hunc etenim perpendere summopere debemus, quomodo feraur illa quæ reprobatur, si ferri modo vix valet ejus ira quæ purgat.

S A N C T I G R E G O R I I M O R A L I S E X P O S I T I O N I S I N B E A T U M I O B L I B E R V I G E S I M V S S E C V N D V S.

C A P U T P R I M U M.



phil. 3. **U**O D antè sèpe jam dictum est, hoc me crebrè repetere onerosum non est, quia & prædictor egregius dicit: *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.* Beatus Job idcirco gestas virtutes narrat, quia inter increpationis verba, & percussionis verbera deprehensus, à spei fiducia mentem suam labefactari considerat. Multa quippe & egisse se mala ab increpationibus amicis audierat, & ne verbis pariter & flagellis pressa in desperationem mens corruat, hanc per suarum virtutum memoriam ad spem reformat; ut nequaquam se debeat in calamitate dejicere, quæ tranquillitas sua tempore se meminerat tam sublimia egisse. Quia igitur intentionis ejus causam diximus, restat ut auditas virtutes illius subtiliter perpendamus. Hoc autem primum sciendum est, quia quisquis virtute aliqua pollere creditur, tunc veraciter pollet, cùm virtus ex aliqua parte non subjet. Nam si ex alio virtus subditur, nec hoc est solidum, ubi stare putabatur. Unaquæque enim virtus tantò minor est, quanto desunt ceteræ. Nam sèpe quosdam pudicos quidem videlicet nos contigit, sed non humiles: quosdam verò quasi humiles, sed non misericordes: quosdam quasi misericordes, sed nequaquam justos: quosdam verò quasi justos, sed in se potius quam in Domino confidentes. Et certum est, quia nec castitas in ejus corde vera est, cui humilitas deest: quippe quia superbia se intrinsecus corrupte forniciatur, si semetipsum diligens, à divino recedit amore. Nec humilitas vera est, cui misericordia juncta non est: quia nec debet humilitas dici, quæ ad compassionem fraternali miseria nescit inclinari. Nec misericordia vera est, quæ à restituitione justitia existit aliena: quia quæ potest per injustitiam pollui, nescit proculdubio submeti ipsi misericordi. Nec justitia vera est, quæ fiduciam suam non in conditori omnium, sed in se fortfasse, aut in rebus conditoris ponit: quia dum à creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis justitia ordinem pervertit. Una itaque virtus sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta. Ut enim, sicut quibusdam vixum est, de primis quatuor virtutibus lo-

B quar, prudenter, temperantia, fortitudine, atque justitia; tanto perfectæ sunt singulæ, quanto vicissim submetit conjunctæ. Disjunctæ autem, perfectæ esse nequaquam posunt: quia nec prudenter vera est, quæ justa, temperans, & fortis non est: nec perfecta temperantia, quæ fortis, justa, & prudens non est: nec fortitudo integra, quæ prudens, temperans, & justa non est: nec vera justitia, quæ prudens, fortis, & temperans non est. Beatus itaque Job, quid non unam sine alia, sed conjunctas in se virtutes habuerit, enumerando singulas innoteat. Nam bona pudicitia insinuans, dicit: [*Si deceperum est cor meum super muliere.*] Atque ut eidem pudicitia demonstraret humilitatis gratiam nullatenus defuisse, post cetera subiungit: [*Si contempti subire iudicium cum seruo meo.*] Qui ut humilitati sua ostenderet misericordiam fuisse conjunctam, paulo post dicit: [*Si negavi quod volebant pauperibus.*] Atque ut misericordiam suam ostenderet de justitia radice descendere, paulo superiorius præmisit, dicens: [*Si ambulavi in vanitate, & festinavit in dolo pes meus.*] Atque ut monstraret, quid fieret ad cuncta pavidis, & ad omnia circumspectus, inferius asserit, dicens: [*Semper enim quasi tumentes super me flatus timui Dominum.*] Qui scilicet in prosperis positus, atque abundantia rerum fulitus, si spem aut in suis actibus, aut in circumfluentibus rebus ponere, profecto justus non esset. Sed quando iste vir sanctus in se spem posuit, qui aperie dicit: *Ecce non est auxilium mihi in me?*

Iob. 6. b

Quod non in difluentibus divitiis, sed in Deo, qui stat in aeternum, confidendum sit.

C A P U T I I.

QUIRD ergo hunc superevit, nisi ut ipsas quoque divitiias qua mente possederit innoteat? Ait enim: [*Si putavi aurum robur meum, & obryzo dixi, fiduciamea.*] Obryzum dicimus obrude aurum. Sanctus ergo vir nec aurum robur, nec sibi esse obryzum, id est, rudis auri molem fiduciam crederit: quia spem atque delectationem suam in solius gratia conditoris figens, neque de quantitate auri,

Rr iii

neque de specie peccavit. De creatore quippe def-
perasse fuerat, spem in creatura posuisse. In rebus
autem dubiis spem fixerat dives ille, qui dicebat:
Anima, habes multa bona reposta in annos pluviosos,
requiesce, comedere, bibe, epulare. Sed hunc super-
na vox increpat, dicens: Sulte, hac nocte animam
tua repetenter a te; que autem parasti, cuius erunt?
Eadem enim nocte sublatus est, qui in rerum sibi
abundantia multa tempora fuerat praestolatus: ut
scilicet qui in longum sibi subsidia colligendo pro-
piceret, subsequentem diem vel unum minimè vi-
deret. Quasi in aquis enim defluentibus fundamen-
tum ponere, est in rebus labentibus speci fiduciam
velle solidare. Stante enim in perpetuum Deo, trans-
fuent omnia. Quid ergo ab stante fugiat est, nisi
transfuentibus rebus inhætere? quis namque um-
quam decurrentium fluminum tumidis vorticibus
raptus, manere ipse fixus potuit, deorsum unda
defluente? Quisquis ergo defluere devitat, supereft
ut quod defluit fugiat, ne per hoc quod amat, in
hoc cogatur pervenire quod vitat. Qui enim rebus
labentibus inhæteret, illò videlicet trahitur, quò ten-
dit quod tenet. Prius itaque curandum est, ne quis
temporalia diligit, ac deinde ne in eisdem tempo-
ralibus quae non ad delectationem sibi, sed ad ultim-
retinat, fiduciam ponat: quoniam conjunctus de-
currentibus, mox statum suum animus perdit. Nam
vita praesentis fluctus trahit quem levat: & valde
demens est qui in unda volvit, & plantam figere
conatur. Sed sunt plerique, qui eti in rebus trans-
fuentibus fiduciam nequaquam ponunt, cum ta-
men sibi met ad usus necessarios abunde adsint, men-
te tacita letantur. Quia in re dubium non est, quia
tantò quisque minus dolet quòd defint æterna,
quanto magis gaudet quòd adsint temporalia: &
qui minus dolet quòd defint temporalia, certius
expectat ut adsint æterna. Hoc itaque de terrenis
rebus gaudium beatus Job non se habuisse testifi-
cans, subiungit dicens: [Si latatus sum super mul-
titus divitias meis, & quia plurima repetit manus
mea.] Sancti quippe viri in hujus peregrinationis
ærumna, quoniam eam quam appetunt, adhuc
creatoris sui speciem contemplari minime sinuntur,
omnem præsentis vitæ copiam, inopiam deputant:
quia videlicet nil extra Deum sufficit menti, quæ
veraciter Deum querit: & plerumque eis ipsa sua D
abundantia fit vehementer onerosa, quia hoc ipsum
graviter tollerant, quòd felinantes ad patriam in
itinere multa portant. Unde fit, ut hæc cum indi-
gentibus proximis devote partiantur, quatenus
dum sumit iste quod non habet, deponat ille quod
amplius habebat: nec conviator vacuus ambulet,
nec eum, quem retardare in via poterat, nimium
onus gravet. Electi ergo de multa abundantia mi-
nimè letantur, quam videlicet pro amore celestis
patrimonij aut largiendo dispergunt, aut despicien-
do deserunt. Sequitur: [Si vidi solem cum fulgeret,
& lunam incidentem clare; & latatum est in abscondito cor
meum. Quid hoc in loco videatur dicitur, nisi desideranter intueri? Unde Psalmista ait: Iniquitatem Ps. 6. d
si conspexi in corde meo, non exaudiat Deus. Que
nimur iniquitas in ore exprimi non posset, si non
conficeretur in corde. Sed aliud est videare per judi-
cium, aliud per appetitum. Beatus ergo Job ful-
gentem solem, & clarè incidentem lunam nequaquam
vidisse se perhibet, ut se demonstret præsentis
lucis speciem non appetisse. Ac si post despectum ter-
renæ lux abundantia, patenter insinuet: Quid di-
cam, quia nequaquam in auro latet sum, qui
in ipsa quoque luce corporea delectatus non sum?
Sancti etenim viri postquam omnia præsentis vita
oblectamenta despiciunt, præ illius lucis internæ
dulcedine, ab hac exteriori animalium luce quasi à
tenebris avertunt: multumque secum intrinsecus
contendunt, ne hujus lucis, quæ fulget extrinsecus,
delectatione rapiantur. Lux quippe visibilis si
incaute diligitur, à luce invisibili cor cœatur: quia
quanto extra se inhians animus funditur, tantò amplius
in internis obtutibus reverberatur. Unde sol-
letes quique ne corporis sensibus nimis ad exteriora
dilabuntur, continuo studio intra mentem suam
occulta custodiæ disciplina se colligunt: ut tantò
magis inventantur interius integri, quanto minus
sunt exterius fusi. Hoc enim vigore discipline intra
mentis sua se arcana constrinxerat, qui exterioris
vita appetitum fugiens, dicebat: Diem hominis non Hier. 17. b
concupivi, tu sis. Quod ergo apud Prophetam di-
citur: Diem hominis non concupivi, tu sis; hoc
de semetipso beatus Job verbis aliis affert, quia
fulgentem solem, & lunam incidentem clare non
viderit, atque ex his in cordis abditis latatus non
sit: quia nimur gaudere non poterat de his, qua
per delectationis desiderium non videbat. Si vero
cuncta haec, quæ juxta historiam tractando discur-
rimus, per allegoriæ quoque mysteria perscrutemur;
quid hoc in loco aurum accipimus, nisi præclaræ in-
tellectus ingenium: quid obryzum, nisi suam men-
tem? quia dum igne amoris excoquitur, semper in
se servat claritatem pulchritudinis quotidiana innova-
tione fervoris. Nescit enim mens per torporem
veterasceri, qua studer per desiderium semper in-
choare. Hinc namque per Paulum dicitur: Reno- Ephes. 4.
vanini spiritu mentis vestra. Hinc Psalmista, qui f
ad perfectionis jam culmen pervenerat, quasi in-
choans dicebat: Dixi, nunc cœpi: quia videlicet si Ps. 76. b
lascissere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse
et, ut inchoare nos quotidie credamus. Nec ab-
horret à rationis ordine, quòd auro dicimus inge-
niū designari: quia sicut in ornamento aurum sup-
ponitur, ut gemmarum desuper ordo disponatur;
ita clara sanctorum ingenia divinis munieribus hu-
miliiter substernuntur, & distincta super se gratia-
rum dona percipiunt. Et nisi quid simile aurum
cum sapientia haberet, quidam sapiens minime di-
xisset: Sapientia absconsa, & thesaurus invisi, que Eccl.
utilitas in utrisque? Sancti autem viri robur suum 20. d. &
aurum non depuant, quia quantolibet ingenio ful-
geant, nihil se esse ex suis viribus pensant. Et cum
sentire omnia valenter possunt, prius intelligere se-
metipso cupiunt; quatenus lumen ingenij more
solis prius illuminet locum in quo oritur, & postmo-
dum cetera, ad qua procedendo dilatatur: ne si in-
tendendo cognoscendis alii semetipos nesciant, ibi
folis radius, ubi oritur obtenebrescat. Ingenij ita-
que virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis sua melius co-

4. Reg.
17. c

Adoraverunt universam militiam cali. Et quia sol &
luna aliter videntur ad usum, aliter ad veneratio-
rem: eo more, quo à cultoribus suis venerari so-
lent, solem & lunam beatus Job nequaquam vidis-
se se perhibet, nec latatum fuisse cor suum, nec os-
culatum manum ore suo. In qua videlicet oscula-
tione, quid aliud quam gratia venerationis exprimitur?
Quod si fecisset unquam, hoc iniquitatem
maximam, & Dei negationem vocat. Sed post-
quam tanta de se locis superioribus virtutum culmina
narravit, quid nunc mirum memorat, si solem

A clunam non se adorasse manifestat? Unde pensan-
dum est, quòd postquam in auro non habuisse fidu-
ciam, nec in multis divitiis latatum se fuisse testa-
tur, adhuc ad sublimiora ducitur, ut tanto nos ma-
gis erudit, quanto de se aliqua subtilius narrat.
Ait enim: [Si vidi solem cum fulgeret, & lunam
incidentem clare; & latatum est in abscondito cor
meum. Quid hoc in loco videatur dicitur, nisi desi-
deranter intueri? Unde Psalmista ait: Iniquitatem Ps. 6. d
si conspexi in corde meo, non exaudiat Deus. Que
nimur iniquitas in ore exprimi non posset, si non
conficeretur in corde. Sed aliud est videare per judi-
cium, aliud per appetitum. Beatus ergo Job ful-
gentem solem, & clarè incidentem lunam nequaquam
vidisse se perhibet, ut se demonstret præsentis
lucis speciem non appetisse. Ac si post despectum ter-
renæ lux abundantia, patenter insinuet: Quid di-
cam, quia nequaquam in auro latet sum, qui
in ipsa quoque luce corporea delectatus non sum?
Sancti etenim viri postquam omnia præsentis vita
oblectamenta despiciunt, præ illius lucis internæ
dulcedine, ab hac exteriori animalium luce quasi à
tenebris avertunt: multumque secum intrinsecus
contendunt, ne hujus lucis, quæ fulget extrinsecus,
delectatione rapiantur. Lux quippe visibilis si
incaute diligitur, à luce invisibili cor cœatur: quia
quanto extra se inhians animus funditur, tantò amplius
in internis obtutibus reverberatur. Unde sol-
letes quique ne corporis sensibus nimis ad exteriora
dilabuntur, continuo studio intra mentem suam
occulta custodiæ disciplina se colligunt: ut tantò
magis inventantur interius integri, quanto minus
sunt exterius fusi. Hoc enim vigore discipline intra
mentis sua se arcana constrinxerat, qui exterioris
vita appetitum fugiens, dicebat: Diem hominis non Hier. 17. b
concupivi, tu sis. Quod ergo apud Prophetam di-
citur: Diem hominis non concupivi, tu sis; hoc
de semetipso beatus Job verbis aliis affert, quia
fulgentem solem, & lunam incidentem clare non
viderit, atque ex his in cordis abditis latatus non
sit: quia nimur gaudere non poterat de his, qua
per delectationis desiderium non videbat. Si vero
cuncta haec, quæ juxta historiam tractando discur-
rimus, per allegoriæ quoque mysteria perscrutemur;
quid hoc in loco aurum accipimus, nisi præclaræ in-
tellectus ingenium: quid obryzum, nisi suam men-
tem? quia dum igne amoris excoquitur, semper in
se servat claritatem pulchritudinis quotidiana innova-
tione fervoris. Nescit enim mens per torporem
veterasceri, qua studer per desiderium semper in-
choare. Hinc namque per Paulum dicitur: Reno- Ephes. 4.
vanini spiritu mentis vestra. Hinc Psalmista, qui f
ad perfectionis jam culmen pervenerat, quasi in-
choans dicebat: Dixi, nunc cœpi: quia videlicet si Ps. 76. b
lascissere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse
et, ut inchoare nos quotidie credamus. Nec ab-
horret à rationis ordine, quòd auro dicimus inge-
niū designari: quia sicut in ornamento aurum sup-
ponitur, ut gemmarum desuper ordo disponatur;
ita clara sanctorum ingenia divinis munieribus hu-
miliiter substernuntur, & distincta super se gratia-
rum dona percipiunt. Et nisi quid simile aurum
cum sapientia haberet, quidam sapiens minime di-
xisset: Sapientia absconsa, & thesaurus invisi, que Eccl.
utilitas in utrisque? Sancti autem viri robur suum 20. d. &
aurum non depuant, quia quantolibet ingenio ful-
geant, nihil se esse ex suis viribus pensant. Et cum
sentire omnia valenter possunt, prius intelligere se-
metipso cupiunt; quatenus lumen ingenij more
solis prius illuminet locum in quo oritur, & postmo-
dum cetera, ad qua procedendo dilatatur: ne si in-
tendendo cognoscendis alii semetipos nesciant, ibi
folis radius, ubi oritur obtenebrescat. Ingenij ita-
que virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis sua melius co-

gnitione convalescunt. Aurum ergo robur non creditur, si in accepto ingenio fiducia non habetur. Quod bene Salomon admonens, ait: *Habemus fiduciam in Domino in toto corde tuo, & ne inniraris prudentia tua.* Dicat ergo: [Si putavi aurum robur meum, & obryzo dixi, fiducia mea.] Ac si aperte faveatur, dicens: Nec quae veraciter intellexi, meo ingenio tribui, nec menti propriâ, si qua egiisse me bona contigit, hæc principaliter deputavi. Qui adhuc subtilius humiliatus nobis sui cordis insinuans, adjungi dicens.

Quid sit quod filii prophetarum ligna cadentibus, ferrum de manubri lapsum disparuit, quod Eliseo lignum aquis immergente reversum est.

CAPUT III.

Si latatus sum super multis divitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.] Quid multas divitiias appellatas per significationem credimus, nisi abundancia acumina consiliorum? Quæ querentis manus invenit, cum hac cogitatione tractantis gignit. Has etenim Salomon sapientia divitias contemplatus ait: *Corona sapientium divitiae eorum.* Qui quia divitias non metalla terrena, sed prudentialiam nominat, illico per contratactatum subdit: *Fatuus stultorum imprudentia.* Si enim coronam sapientium terrenas divitias diceret, proculdubio fatuitatem stultorum paupertatem potius quam imprudentiam fateretur. Sed dum fatuitatem stultorum imprudentiam subdidit, sapientiam divitias quia prudentiam dixerit, indicavit. Has in se Paulus scientiæ divitias contemplatus, & contemplationem suam consideratione humanae fragilitatis humilians, ait: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Multas itaque apud nos divitias reperimus, cum dona abundantis intelligentiæ, sacra eloqua investigando percipimus, atque in his plura, nec tamē sibi diversa sentimus. Non est autem secura lætitia, in divinis paginis vel fortia, vel multa cognoscere, sed cognita custodire. Nam qui bene intelligit, quid intelligendo operari debeat agnoscit. Quanto enim intellectu latius extenditur, tanto ad explenda opera enixa ligatur. Unde in Evangelio Veritas dicit: *Cui malum datum est, multum queretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus repererit ab eo.* Deputemus igitur intelligentiam datam quasi pecuniam mutuam: quia quod plus nobis creditur ex benignitate, et debitores amplius tenemur in opere: & plerumque eadem intelligentia accepta pecunia, cum ad usuras auditoribus datur, amittitur, nisi cautele tribuatur. Neque enim negligenter intuendum est in Regum volumine, quod prophetarum filij cum in Jordane ligna cedent, unicorū securis ex manubri in profundum lapsa disparuit. Ferrum quippe in manubrio, est donum intellectus in corde. Ligna vero per hoc cedere, est pravæ agentes increpare. Quod nonnumquam dum fluxè agitur, dum lapsus vanæ gloria in accepta eadem sapientia non vitatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentia faturatur. Quam profectò intelligentiam ad hoc novimus dari, ut ante dantis oculos ex bona debeat actione restitui. Unde rectè est qui ferrum amiserat, clamabat: *Heu heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam.* Habent enim hoc electi proprium, ut si quando eis in sua scientia furtiva vanæ gloria culpa subrepet, ad cor velociter redeant, & quidquid in se ante districti judicis oculos damnabile invenient, lacrymis infequantur. Qui flentes non solùm cautele inspicunt mala quæ commiserunt, sed ex accepto munere quæ reddere etiam bona debuerunt: quia nimis ruit tanto se amplius peccatores sentiunt, quanto ex neglegentiis bonis, quæ agere poterant, debitores tenentur. Rectè er-

go qui ferrum perdidit, clamabat: *Heu heu heu, & hoc ipsum mutuo acceperam.* Ac si dicat: Illud per dissolutionem negligentia perdidisti, quod ut per bona opera redderem, ex gratia conditoris acceperi. Sed numquam Deus mentem deserit, quæ in peccatis se veraciter agnoscat. Unde & mox Elisaë veniens, lignum deorsum mittit, & ferrum in superficiem attollit: quia videlicet Redemptor noster p̄ nos respiciens, cor peccatoris humiliat, & ei quam amiserat intelligentiam reformat, lignum mergit, & ferrum relevat: quia cor affligit, & scientiam reparat. Unde bene in alia translatio dicitur, quod confregit lignum atque jactavit, & sic ferrum sustulit. Lignum namque confingere, est cor ab elatione conterere. Lignum ad ima jactare, est elatum cor in cognitione, ut diximus, propriæ infirmitatis humiliare. Atque illico ferrum ad superficiem reddit: quia ad usum exercitationis pristinæ intelligentia recurrat. Igitur quoniam donum intelligentia quod accipitur, vix cum tot difficultatibus custoditur; (curandum quippe est ne otio torpeat, curandum ne in exercitatione operis, vitio elationis evanescat) sancti viri minimè exultant, cum cognoscunt quæ faciant: sed cum faciunt quæ cognoverant; & si intelligendo congaudent muneri largitoris, marentes tamen considerant debitum operis: ut videlicet actione persolvant, quod eis prærogatum est in cognitione. Stultus namque est debitor, qui gaudent pecunias mutuas accipit, & tempus quo reddere debeat, non attendit. Moderatur autem lætitia accipiendi, quando solerti providentia etiam constitutum tempus reddendi cogitat. Quia igitur viri justi in his quæ vigilanter intelligent, securâ lætitia non extolluntur, dicatur rectè: [Si latatus sum super multis divitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.] Ac si aperte dicatur: Nequaquam me in eo locupletem ex justitia credidi, quo recta quæ agere debui, etiam multa cognovi: nec intelligentia cor extulit, quia illud consideratio debitis operationis prescit. Scindum vero est, quod plerumque contingit, ut cum intelligentia altitudo percipitur, circa semetipsum animus valde sollicitus ab elationis lapsu teneatur. Sed cum mira quæ intelligit, etiam operari coepit, eo ipso nonnumquam quod foras ostenditur, labitur, atque in suis actibus se ceteros praere gloriatur. Beatum igitur Job sicut intelligentia aurum non extulit, nec lumen quoque ante humanos oculos miræ operationis elevavit. Unde & aptè subiungit.

Quod Sancti, nec de bono suo, nec de fama, nec coram hominibus, nec in conscientia gloriantur.

CAPUT IV.

Si vidi solem cum fulgeret.] Sol quippe in fulgor, est bonum opus in manifestatione. Scriptum namque est: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in celis est.* Et rursum: *Sint lumbi vestri pacimenti, & lucerne ardentes.* Quod enim hoc in loco fulgente sole id in Evangelio lucernis ardenti bus designatur. Bonum quippe opus cum in medio perfidorum lucet, lucerna ardet in nocte: cum vero in Ecclesia resplendet, sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est, quod soli mali mirantur, lucerna videlicet in nocte est: si autem ita proficit, ut mirari à bonis ac perfectioribus possit, nimurum sol est in die. Bonum opus cum per activam vitam in corporibus lucet, quasi lucernæ more, lumen ex testa resplendet. Cum vero per solam virtutem mentis in contemplatione attollitur, quasi more solis de celo veniens lux videatur. Quia igitur multa beatus Job hospitalitatis ac misericordia de se bona narraverat, quæ profectò tanto adhuc mi-

nima, quando & corporaliter noverat gesta; ad virtutum spiritualium culmen, mentis oculum revocans, perfectionis sua meminit: & lucem exemplorum, quam de se aliis tribuit, solem vocavit.

Quid electi in malis prateritis satis oculos mentis figunt, quam in bonis que agunt: & soli bona sua non vident, que aliis ad exemplum videnda prebent.

CAPUT V.

SUNT verò nonnulli, qui cùm bona aliqua faciunt, iniquitatum suarum protinus obliviscuntur, & cordis oculum in consideratione honorum operum qua exhibent, figunt; atque eò se jam sanctos existimant, quòd inter bona qua agunt, maiorum suorum, in quibus & fortasse adhuc impliati sunt, memoriam declinant. Qui scilicet si distinctionem judicis vigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent, quam de imperfictis bonis exultarent: plus inspicterent quòd de his qua adhuc eis agenda sunt, debitores tenentur, quam quòd operantes quædam, jam debiti partem solvunt. Neque enim absolutus est debitor qui multa reddit, sed qui omnia: nec ad bravium victoriae pervenit, qui in magna parte spectaculi velociter currit, si juxta metas veniens, in hoc quod est reliquum deficit. Nec ad quilibet destinata loca pergentibus inchoando prodest longum iter carpere, si non etiam totum valeant consummare. Qui ergo aeternam vitam quærimus, quid aliud quam quædam itinera agimus, per qua ad patriam festinamus? Sed quid prodest quòd carpinus multa, si ea qua ad pervenientium reftant, negligimus reliqua? More itaque viatorum, nequaquam debemus aspicere quantum jam iter egimus, sed quantum supereret ut peragamus: ut paulisper fiat præteritum, quod indifterent & timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspicere que bona secundum fecimus, quam ea qua jam nos fecisse gaudeamus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium, ut plus ei intueri libeat quod sibi in se placet, quam quod sibi in se displiceret. Äger quippe oculus cordis, dum laborare in consideratione sua metuit, quasi quoddam stratum deletionis in animo, ubi molliter jaceat, requirit: atque idcirco qua comoda de peractis bonis si affecctus, intelligit: sed qua damnæ de neglegtis patitur, nescit. Plerumque enim hoc vitio tentantur etiam electi. Plerumque eorum cordi suggeritur, ut bona quæque, qua fecerunt, ad animum revocent, & securitatis jam letitiae exultent. Sed si verè electi sunt, ab eo in quo sibi placent, mentis oculos divertunt, omnem in se de peractis bonis letitiam deprimit: & de his qua se minus egisse intelligunt, tristiam requirunt, indignos se existimant, & pene soli bona sua non vident, qua in se videnda omnibus ad exemplum præbent. Hinc est quid Paulus, dum exulta in se bona postponeret, & sola adhuc reliqua, qua essempli cogitaret, dicit: *Ego me non arbitror apprehendisse.* Hinc est, quid ut posset se de bonis qua agebat, humiliare, studebat ad animum præterita mala reducere, dicens: *Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.* Qui & si aliquando dixit: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi:* intuendum summopere est, quia illud eo tempore intulit, quo jam ex corpore discesserunt se esse cognovit. Ibi quippe præmisit dicens: *Ego enim jam delibor, & tempus mea resolutionis instar.* Tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cum jam prævidit ad largitatis spatium minimè subesse tempus operationis. Sicut enim dum vivimus, debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante exitu, plerumque ea ad

Philip.
3. c.

1. Tim.
1.
8.
2. Tim.
4.
Ibid.

cens: *Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.* Qui & si aliquando dixit: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi:* intuendum summopere est, quia illud eo tempore intulit, quo jam ex corpore discesserunt se esse cognovit. Ibi quippe præmisit dicens: *Ego enim jam delibor, & tempus mea resolutionis instar.* Tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cum jam prævidit ad largitatis spatium minimè subesse tempus operationis. Sicut enim dum vivimus, debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante exitu, plerumque ea ad

A memoriam justè revocamus, ut videlicet fiduciam præbeant, & desperatum timorem premant. Qui eti Corinthis bona sua enumerando narravit, illas confirmare studuit, non se ostendere. Nam quia eadem bona non in se attenderet, patefacta tribulatione propriæ tentationis edocuit, qua expresæ subjunxit: *Propter quid placomishi in infirmitatibus 2. Cor.*

B Ut ergo discipulos instrueret, de se summa referebat: ut verò se in humilitate custodiret, considerationis oculum non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat. Habent itaque proprium sancti viri, ut bona quidem qua agunt, videant; & tamen cùm peregerint, ab eorum memoria oculos avertant. Unde rectè per beatum Job dicitur: [*Si vidi solem cum fulgeret.*] Ac si aperte diceret: Opus meum etiam cùm aliis exemplorum lucem tribueret, ad præsumptionis gratiam non attendi: quia dum de eo extollti timui, ab intendo eo oculos averti. Sequitur: [*Et lunam incendentem clare.*] Post præmissum solem, aptè quoque incendentem clare lunam subdidit: quia videlicet post opus bonum, fama laudabilis sequitur, per quam celebre nomen in hac præsentis vita nocte possidetur. Si enim verum est quod quidam putant, illustrationem lunam per occultum circulum à radio solis accipere, ut possit lucem nocturnis cursibus exhibere, ab hujus significacionis ordine hæc quoque suspicio non abhorret. Fama quippe à bono opere vires accipit, & favoris gratiam quasi claritatem luminis aspergit. Est & aliud in luna, quod per similitudinem bona spargenti famæ conveniat. Lux namque ejus etiam in tenebrarum tempore iter ambulanti bus ostendit: quia & dum de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercenda bona opera illustrat. Cumque illius opinio clara cognoscitur, huic quasi pergenti in itinere exempli lumen præbetur. Sed nonnumquam opus, quod ab aliena opinione sumitur, minus mundo desiderio in animo formatur. Nam infirme mentes cùm bona de aliis audiunt, aliquando se ad operationem rectam non amore virtutis, sed delectatione laudis accidunt. Et profectò liquet, quia sicut naturæ solis est, ut quæque attigerit, accendat & faciat: ita lunaris ignis est proprium, ut quidquid contigerit, exurat quidem, sed exurendo humidum reddat. Ad vitam igitur bonam alios pro amore Dei affectus recti operis, alios verò amor laudis inflamat. Sed cùm recti operis affectu accendimur, quasi per ignem solis à vitorum humore sicciamur. Eum verò, quem ad opus bonum laudis amor provocat, concupita fama, quasi luna, attingit; quia videlicet ejus animum & accendit & resolvit. Accedit scilicet ad exercitium operis, refolvit verò ad concupiscentiam favoris. Plerumque tamen ad exercenda bona opera, aliena nos utiliter exempla persuadent. Et cùm mente humili opinio alienæ bona suscipimus, nostra vel ad melius bona producimus, vel ad bonum mala permutamus. Cumque nos de vita proximi famæ splendor irradiat, mens nostra, ut prædictimus, qua ad obtinendum virtutis iter se dirigit, quasi in luna lumine gressus ponit. Sed sicut ex aliena opinione proficiimus, sic plerumque, si famæ nostræ laudibus * inhibamus, à virtute vacuamur: quia cùm delectatur animus in hoc quod de tendit, extrinsecus haberet considerat, illud obliyiscitur, ad quod introrsus anhelabat. Quia igitur sanctum virum intelligentia scientie non corruptit, de multis divitiis gaudere despexit. Quia verò cum magnitudo operis non inflavit, solem fulgentem pon vidit. Quia autem illum nec fama laudis exultul, clare incendentem lunam minime attendit. Sunt enim nonnulli, qui eò in elationem corrunt, quòd per subtilem intelligentiam vel quæ non faciunt bona cognoscunt. Hi nimis super multis divitiis lætantur, cùm quilibet summa intelligendo reperiunt, atque

* al. in
mus, à
virtute
9.

atque in elatione ipsius inventionibus corrumptuntur. Sunt vero nonnulli, quos intelligentia quidem non elevat, sed exhibita operatio exaltat. Qui dum actiones suas respiciunt, apud mentem suam sibi ceteros deditgando postponunt. Hi videlicet eti in multis divitiis non gaudent, solem tamen fulgentem vident: qui de sola boni operis magnitudine quae alios despiciendo tument. Et sunt nonnulli, quos nec operatio propria extollit, sed cum laudari ab hominibus pro hac eadem bona operatione cœperint, ipsis hominum favoribus devicti, quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conficiunt, atque à cordis custodia disolvuntur. Hi profectò eti fulgentem solem videre noluerunt, lunam tamen clarè incidentem respiciunt: quia inter hujus vitæ tenerbras dum in opinionis sua claritate animum defigunt, humilitatis gratiam quasi ex nocturno lumine amittunt: & intuentes lunam, se non vident, qui semetipos nescire incipiunt, dum mentis oculos in transitorium favorem desigunt. Sic autem profectus est hominum, sicut incrementa esse conspicimus arbustorum. Vis quippe future arboris prius in semine est, postmodum in ortu, atque ad extremum producitur in ramis. Sic nimirum sic uniuscuiusque virtus succrescit operantis. Seminatur namque in intelligentia, oritur in operatione, atque ad ultimum convalescit usque ad perfectus magni latitudinem. Sed cum quilibet sua intelligentia extollit, arbor qua oriri poterat, in semine putreficit. Cum vero post operationem bonam elationis peste corrumputur, quasi jam orta siccatur. Cum autem neque intelligentia, neque operatio corrumpt, sed exerceiente magnitudine, dum favor laudantium sequitur, atque ab statu suo bene operantis animum evertit; linguarum ventos arbor perculit, & omne quod in ea robustum creverat, tempestas famæ radicibus evulsit. Quid enim arbor altius ad superiora surrexit, ed ventorum vim vehementius sentit: quia quod plus quisque in bonis operibus attollitur, eo ampliori ab ore laudantium statu fatigatur. Si itaque adhuc arbor in semine est, metuendum est, ne ipsa scientia cognitione pertretat. Si jam ad virgulum prodit, curandum est, ne hanc manus elationis tangat, atque à viriditate sue actionis arescat. Si autem valenti robore jam ad alta se sublevar, valde formidandum est, ne hanc admote laudis ventus gravior radicibus evellat. Sed inter haec sciendum est, quia ne immoderatis laudibus erigamur, plerumque miro rectoris nostri moderamine, etiam detractionibus lacerari permittrimus: ut cum nos vox laudantis elevat, lingua detrahens humiliet: quia & arbor sepe, que unius venti impulsu ita impellitur, ut pene jam erui posse videatur, alterius è diverso venientis flatu erigitur: & qua ex parte inflexionem perult, ab alia ad statum reddit. Unde & illa arbor altè radicata, quasi inter adversantes ventos fixa steterat, qua dicebat: Per gloriam & ignorabilitatem, per infamiam & bonam famam. Sepe enim laus bene agentis auribus insolenter admota, dum foris sermonibus perstrepit, intus quamdam menti tacitam elationis tempestatem gignit: fitque ut hoc quod animus de humanis favoribus gaudet, non facile exterius ostendat, sed tamen corruptionis vim non tenuerit interiorius sentiat. Et sunt nonnulli, quos italiaus inflat, ut usque ad verba elationis pertrahat. Quidam vero, ut prædiximus, hoc ipsum patet facere, quod elevantur, erubescunt, atque auditus suis praœconiis extolluntur; sed tamen usque ad elationis verba non exent, & gaudere se in talibus non ostendunt. Unde beatus Job, quia noverat arroganter se non solum nullo modo in verbis, sed etiam in cogitatione quoque tacita minimè fuisse, postquam dixit: [Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incidentem clare] illico subdidit: [Et latatum

2. Cor. 6.

S. Greg. Tom. I.

A est in abscondito cor meum.] Quia videlicet attestatio ne quid nobis innuitur, nisi quod magno metu & circumspécione opus est, ne mens nostra umquam de suis laudibus vel tacita latetur: Quisquis enim quasi claritatem lunæ, famam sua magnitudinem conspicit, sibique in occulto mentis gaudium facit; cui iste nisi auctor se prætulit, cuius dono, ut bene operetur percepit, & tamen in ejus munere de gratia sue laudis hilarescit: Dilecto enim honore conditoris, semetipsum plus amare convincitur, cuius præconiis latetur. Quamvis nonnumquam etiam sancti viri de bona sua opinione gaudent: sed cum per hanc ad meliora proficere audientes pensant, non iam de opinione sua, sed de proximorum gaudent utilitate: quia aliud est favores quædere, & aliud de profectibus exultare. Quia in re necesse est, ut cum audientium utilitati non proficit, mentem nostram fama laudabilis non elevet, sed fatiger. Cum enim humana lingua attestatione laudamur, occulta pulsatione requirimus, quid de nobis ipsi sentiamus. Superba etenim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur, exultat: quia non apud Deum qualiter vivat, sed apud homines qualiter innotescat, excoigitat. Judicium enim de le omnipotens Dei despiciens, & solummodo hominum querens, inter auditas laudes extollitur, & qua hoc solum quæriterat, quasi de bravio operis latetur. At contraria, si cor veraciter humile est, bona qua de se audit, aut minime recognoscit, & quia falsa dicuntur, metuit: aut certè si adesse ea sibi veraciter fecit, eo ipso formidat, ne ab eterna Dei retributione sint perdita, quod hæ considerat hominibus divulgata: paverque vehementer, nespes futuri muneri in mercedem permutterat transitorij favoris. Quia ex re agitur, ut electorum animus magno laudum suarum igne crucietur, atque ab omni corporis sui rubigine, mædere cogitationis excoquatur. Cauta enim consideratione trepidat, ne aut de his, in quibus laudatur & non sunt, majus Dei judicium inveniat: aut de his, in quibus laudatur & sunt, competens premium perdat. Unde plerumque fit, ut sicut injustus ex laude sua polluitur, ita vit justus audita sua laude purgeatur. Nam dum bona, qua egit, ab hominibus proficeri cognoscit; subtile contra se, ut dictum est, extremiti judicij examen metuit, ac trepidus ad conscientiam recurrit, & quidquid illic inest reprehensibile, corrigit. Dum enim bona sua innotescit formidat, subtilitate secuturi examini pertimescens, si qua in se mala occulta sunt, amputat. Paver namque si saltum talis Deo non ostenditur, qualis ab hominibus putatur: & neque contentus est, ut in quo potuit innotescere, in hoc debeat remanere. Jam enim de bonis suis quasi retributionem sibi factam estimat, nisi eis & alia qua ab hominibus nesciuntur, adjungat. Unde bene per Salomonem dicitur: Sicut probatur in fortioria argenum, & in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis. Argentum quippe vel aurum si reprobum est, igne consumitur: si probum vero, igne declaratur. Sic nimirum est & sensus operantis. Nam qualis sit, in eo quod laudatur, ostenditur. Si enim se, auditis suis laudibus extollit, quid iste aliud quam aurum vel argentum reprobum fuit, quem videlicet fornax lingua consumpsit? Si autem favores suos audiens, ad superni judicij considerationem reddit, ac ne de his apud occultum arbitrum gravetur, metuit; quasi expurgationis igne ad magnitudinem claritatis excelsit; & unde incendium trepidationis sustinet, inde clarus fulget. Beatus igitur Job, quia nequam de operatione se prætulit, fidenter dicit: [Si vidi solem cum fulgeret.] Quia vero hunc à judicij interioris intuitu fama laudabilis non divergit, adjungit: [Et lunam incidentem clare] Quia autem opinionis sua gratia animum devinci, nec tacita cogitatione permisit,

Pp. 24.

27. c.

§ 1

protinus subdidit: [Et si letatum est in abscondito cor A meum.] Et quia plerumque inconsiderata mens, dum transitorio favori non renitur, ad hoc usque pertrahitur; ut laudet ipsa quod facit; conditioni quæ præmissa est, congruè subinfertur: [Et osculatus sum manum meam ore meo.] Per manum quippe operatio, per os autem locutio designatur; licet per Salomonem dicitur: Ab condit piger manum suam sub axilla sua, & laborat, si ad os suum porrigit eam. Piger labor est manum suam ad os porrigere; quia desidiosus quisque prædicator ne hoc vult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere, est vocis suæ opere concordare. Manum ergo suam oscularur ore suo, qui laudat quod facit, & testimonio propria locutionis sibi virtutem tribuit operis. Quia in re quis despiciatur, nisi es qui ipsa operandi munera largitur? Unde bene per egregium prædicatorem dicitur: Quid autem habes, quod non acceperisti? Si autem acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum, de corruptibili stirpe se editos, & non virtute propria, sed præveniente superna gratia ad meliora se vota vel opera commutatos: & quidquid sibi malinesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum: quidquid verò in se boni inficiunt, immortalis gratia cognoscunt donum, cique de accepto munere debitores sunt, qui & præveniendo dedit eis bonum velle quod noluerant, & subsequendo concepsit bonum posse quod volunt. Unde bene per Joannem dicitur: Adoraverunt viventem in secula seculorum, mittentes coronas suas ante thronum C Domini. Coronas namque suas ante thronum Domini mittere, est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed auctori; ut ad illum referant gloriam laudis, à quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Job, quia sic bona quæ operatus est, narrat, ut tamen hæc suæ operationi non tribuat, sed ad auctoris laudem recurrat, manum suam ore suo osculatum fuisse se denegat. Ac si patenter dicat: Ego mea opera tamquam mea non profero: quia auctoris sui gratiam negare convincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Unde & protinus subdit: [Quæ est iniqüitas maxima, & negotio contra Deum altissimum.] Liquet etenim, quia illum negat, cuius despœctâ gratia, sibi vires boni operis arrogat. Quod rectè quoque & iniqüitas maxima vocatur; quoniam omne peccatum, quod ex infirmitate est, spem nequaque perdit, quia a superno judge veniam requirit. Præsumptio autem virtutis propriæ tanto gravius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. Cumque vires sibi tribuit operis, ad adjutorium non recurrit auctor: fitque ut eo gravius peccator pereat, quod & ipsum hoc, quia est peccator, ignorat. Sequitur.

Quod summa sit perfectio charitatis, diligere inimicos, & de eorum profectu gaudere, & de ruina dolere.

CAPUT VI.

Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat, & exultavi quod invenissem cum malum.] Omnipotens Dei nos esse discipulos, sola custodia charitatis probat. Hinc est enim, quod per semetipam Veritas dicit: In hoc cognoscem omnes, quia mei discipuli esisti, si dilectionem habueritis ad invicem. Quæ nimurum dilectio si cor nostrum veraciter replet, duobus modis ostendi solet: scilicet si & amicos in Deo, & inimicos diligimus propter Deum. Sed sciendum est, quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimur, nec de ruina illius letamur. Nam sepe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, sequi hunc diligere astimat, si ejus vita contrarius non existat.

A 10. protinus subdidit: [Et si letatum est in abscondito cor A meum.] Et quia plerumque inconsiderata mens, dum transitorio favori non renitur, ad hoc usque pertrahitur; ut laudet ipsa quod facit; conditioni quæ præmissa est, congruè subinfertur: [Et osculatus sum manum meam ore meo.] Per manum quippe operatio, per os autem locutio designatur; licet per Salomonem dicitur: Ab condit piger manum suam sub axilla sua, & laborat, si ad os suum porrigit eam. Piger labor est manum suam ad os porrigere; quia desidiosus quisque prædicator ne hoc vult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere, est vocis suæ opere concordare. Manum ergo suam oscularur ore suo, qui laudat quod facit, & testimonio propria locutionis sibi virtutem tribuit operis. Quia in re quis despiciatur, nisi es qui ipsa operandi munera largitur? Unde bene per egregium prædicatorem dicitur: Quid autem habes, quod non acceperisti? Si autem acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum, de corruptibili stirpe se editos, & non virtute propria, sed præveniente superna gratia ad meliora se vota vel opera commutatos: & quidquid sibi malinesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum: quidquid verò in se boni inficiunt, immortalis gratia cognoscunt donum, cique de accepto munere debitores sunt, qui & præveniendo dedit eis bonum velle quod noluerant, & subsequendo concepsit bonum posse quod volunt. Unde bene per Joannem dicitur: Adoraverunt viventem in secula seculorum, mittentes coronas suas ante thronum C Domini. Coronas namque suas ante thronum Domini mittere, est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed auctori; ut ad illum referant gloriam laudis, à quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Job, quia sic bona quæ operatus est, narrat, ut tamen hæc suæ operationi non tribuat, sed ad auctoris laudem recurrat, manum suam ore suo osculatum fuisse se denegat. Ac si patenter dicat: Ego mea opera tamquam mea non profero: quia auctoris sui gratiam negare convincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Unde & protinus subdit: [Quæ est iniqüitas maxima, & negotio contra Deum altissimum.] Liquet etenim, quia illum negat, cuius despœctâ gratia, sibi vires boni operis arrogat. Quod rectè quoque & iniqüitas maxima vocatur; quoniam omne peccatum, quod ex infirmitate est, spem nequaque perdit, quia a superno judge veniam requirit. Præsumptio autem virtutis propriæ tanto gravius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. Cumque vires sibi tribuit operis, ad adjutorium non recurrit auctor: fitque ut eo gravius peccator pereat, quod & ipsum hoc, quia est peccator, ignorat. Sequitur.

B 19. d. 1. Cor. 4. 6. Apoc. 4. d.

E 10. an. 13. d.

Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat, & exultavi quod invenissem cum malum.] Omnipotens Dei nos esse discipulos, sola custodia charitatis probat. Hinc est enim, quod per semetipam Veritas dicit: In hoc cognoscem omnes, quia mei discipuli esisti, si dilectionem habueritis ad invicem. Quæ nimurum dilectio si cor nostrum veraciter replet, duobus modis ostendi solet: scilicet si & amicos in Deo, & inimicos diligimus propter Deum. Sed sciendum est, quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimur, nec de ruina illius letamur. Nam sepe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, sequi hunc diligere astimat, si ejus vita contrarius non existat.

Sed dilectionis vim occulte & veraciter aut profectus inimici, aut casus interrogat. Hac etenim de re ad plenum semetipam mens hominis nec sit, nisi eum, quem sibi adversarium credit, in defecetu vel profectu mutasse modum sui status inventerit. Si enim de prosperitate addicetur, & de calamitate se odientis latetur; constat, quia non amat, quem non vult esse meliorem: eumque etiam statim voto perseguitor, quem cecidisse gratulatur. Sed inter hæc sciendum est, quia evenire plerumque solet, ut non amissa charitate & inimici nos ruina latifacet, & rufum ejus gloria sine invidiae culpa contristret: cum & ruente eo, quodam bene erigi credimus, & proficiente illo, plerosque injuncte opprimi formidamus. Quia in re mentem nostram nec ejus jam defectus erigit, nec ejus profectus addicetur, si recta nostra cogitatio non quid in ipso, sed quid de ipso circa alios agatur, attendit. Sed ad hæc servanda valde est necessaria subtilissimæ discretionis examen: ne cum nostra odio excequimur, fallamur sub specie utilitatis aliena. Si enim de inimici morte gaudendum omnino non effet, Psalmista non diceret: Letabitur iustus, cum p. 17. b. viderit vindictam impiorum. Sed aliud est impium, aliud verò inimicum perpetui. Nam sunt plerique inimici, qui non sunt impii: & sunt nonnulli impii, qui nobis specialiter non videntur inimici. Humana autem mens omnem quem inimicum tolerat, etiam impium & iniquum putat: quia ejus culpas apud cogitationem suam livor acculacor exaggerat. Qui libellet verò flagitiis prematur, minus iniquus creditur, si adverarius minimè sentitur. Quia in re discernendum est, aliud esse quod nobis, aliud verò quod sibi & ceteris nostrarum inimicus nocet. Nam si alius bonus est, sine nostra forsitan culpa esse non potest nobis malus: nec omnino jam de ejus ruina gaudendum est, cuius nos solos certum est adverfa tolerasse. Cum verò nostrarum ac multorum hostis perimitur, de ereptione proximorum potius, quam de inimici interitu necesse est ut animus latetur. Oportet namque, ut perente adverario, subtiliter pensare debeamus & quid debemus ruinae peccatoris, & quid justitia ferientis. Nam cum perversum quemque Omnipotens percutit; & condolendum est miserere pereuntis, & congaudendum justitia judicis: ut nobis & in lucri sit pena mortis proximi, & rufus in gaudium veniat exhibita æquitas judicantis Dei: quatenus nec pereunt homini existamus adversarij, nec judicanti Deo inveniamus ingrati. Beatus igitur Job, quia cuncta in adversitate odia perfectè calcavit, dicit: [Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat, & exultavi quod invenissem cum malum:] qui videlicet & inimicum diligens, dum adversario ruenti condoluit, in malis illius ipse ad bonum crevit, ut inde iste ad benignitatem cresceret, unde illum mala qua merebatur, inveniens. Quia verò sepe nonnulli eos, quos sibi adversarios astimant, maledictione feriunt, quoniam virtute nequaque possunt: in quibus patenter appetunt, quæ mala si possint facerent, qui ea quæ facere nequeunt, imprecari minimè desistunt: beatus Job ostendens se à culpa etiam maledictionis alienum, secutus adjunxit: [Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut experterem maledicens animam ejus.] Peccare quippe, si hoc optaret à Deo fieri, quod ipse facere, vel omnino non posset; vel si posset, minimè deceret. Nam qui maledictionibus inimicum impetrunt, quid aliud in illo facere Deum volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeunt, aut erubescunt: Mortem namque adversario exoptant, quam & si possint, inferre metunt: ne aut perpetrati homicidij rei teneantur, aut iniqui apparent etiam cum sint. Quid est ergo Deo dicere: Occide quem odi, nisi apertis ei vocibus clamare: Hoc fac meo adverario, quod me in illum

Luc.6. d facere nec peccatorem decet? In quibus profecto A verbis penitendum nobis est, ubi ille vir legerat: *1. Pet.3.* *& nolite maledicere.* Et rursus: *Non reddentes malum pro malo, nec maledicimus pro maledicto.* Sed *ibid.* exterior non audita supernae gratiae praecpta servabat, quia haec in mente illius sancti Spiritus afflatus scribebat. Cui tamen minus esset, quod positos extra diligeret, nisi & interior viventes, secumque quotidie conversantes etiam familiares adversarios toleraret. Unde subiungit.

Quod sancti viri multos ex domesticis suis, expiatorum mortis suis equanimiter tollerant.

CAPUT VII.

Si non dixerunt viri tabernaculi mei, *Quis der de carnibus ejus, ut saturemur?*] Quae nimurum sententia potest quoque per mysterium ex voce Redemptoris intelligi. Viri quippe ejus tabernaculae de carnibus illius saturari cupierunt, vel Iudei scilicet persequentes, vel Gentiles credentes: quia & illi moliti sunt corpus illius, quasi consumendo, extinguerentur: & isti esurientem mentem suam desiderant quotidianae immolationis sacrificio de ejus carnis latiare. Sed nunc solius historie virtutem sequentes, pensamus quanta fortitudine sancti viri animus extra intraque sollicitus ad omnia paratur. Qui si iniuste agentibus aut umquam per silentium cederet, aut per restitudinem non contraret, profecto adversarios non habuisset. Sed in eo quod C vias vitae tenuit, exoptatores sua mortis inventi. Foris patentes adversarios pertulit, intus latentes. Minor est autem virtus certaminis, foris quempiam videre mala qua supererit, & intus quod toleret non habere. Perfecta autem magnitudinis laus est, adversa perpeti & excepiti fortiter, & interior clementer. Nam sunt nonnulla, quae in ipsa quoque familiarium conversatione corrigi nequeunt sine culpa corrigitur: atque ideo cum vel corrigen tem inquinant, vel* omnimodo haec agentem gravant, magna magisterij arte dissimulanda sunt, ipsaque hac dissimulatione toleranda. Quae contra nos illata citius a corde laxamus, si nostra circa proximos errata cognoscimus. Unde bene quoque per Salomonem dicitur: *Cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne forte audias sermonem tuum maledicentem tibi. Scit enim tua conscientia, quia & in crebro maledixisti aliis.* Dum enim penitus quales erga alios fuimus, esse circa tales alios minus dolemus: quia aliena iustitia in nobis vindicat, quod in se iuste nostra conscientia accusat. Sequitur.

Quanta hospitalitatis sanctus Job fuit, cuius ostium patens, peregrinus & viator invenit.

CAPUT VIII.

Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori b patuit] Quia teste Paulo, charitas patiens & benigna describitur: per patientiam aliena mala & equanimiter tolerat, per benignitatem quoque bona misericorditer impedit sua. Unde beatus Job & patienter domesticos maledicentes pertulit, & viatores atque peregrinos apud se benignè suscepit: illis morum exempla tribuens, istis exteriorum oper concurrens: illis per manutudinem non concitus ad irascendum, istis per misericordiam ad subveniendum paratus. Vir enim sanctus Redemptorem generis humani per prophetam spiritum intuens, praedicamenta quoque illius in opere servabat, quibus nos admonet, dicens: *Dimitte, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.* Dare namque ad res pertinet, quas exterior habemus: dimittere autem

S. Greg. Tom. I.

A ad relaxandum dolorem, quem interior ex aliena culpa contrahimus. Sed sciendum est, quia qui dimittit, & non dat, etiū non plenē operatus est, meliorem tamen partem misericordiae tenuit. Qui autem dat, & minimè dimittit, omnino misericordiam nullam facit: quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipit, quod corde obligatio in malitia profertur. Mundari etenim debet prius animus, qui elemosynam præbet: quia omne quod datur Deo, ex dantis mente penitatur. Cuncta itaque malitia macula ab interiori nostro homine cogitationis immutazione tergenda est: quia iram iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placat offerentis. Unde scriptum est: *Respxit Deus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain anem, & ad munera ejus non respexit.* Neque etenim sacrum eloquium dicit: *Respxit ad munera Abel, & ad Cain munera non respexit: sed prius ait, quia respexit ad Abel;* ac deinde subiungit, *Et ad munera ejus.* Et rursus dicit, *quia non respexit ad Cain;* ac deinde subdidit, *Nec ad munera ejus.* Ex dantis quippe corde id quod datur, accipit. Idcirco non Abel ex muniberis, sed ex Abel munera oblati placuerunt. Prius namque ad eum legitur Dominus respexisse qui dabat, quam ad illa quæ dabat. Unde bene beatus Job dicturus nobis in hospitalitatis gratia largitatem suam, prius circa adversarios protulit patientiam & benignitatem suam: quod de ruina non exultavit inimici, quod verbis maledictis persecutores suos non impetravit, quod sevientes intrinsecus aequanimiter toleravit, & tunc demum hospitalitatis suæ munificentiam protulit: ut auditio scilicet narrationis ejus ordine, discamus quia exteriora munera ex interna cordis munditia conduntur: ut virtutem ejus contextio lectorem doceat, qualis apud se esse debet, cum exteriora bona aliis subministrat. Sed quis se inter tanta virtutum culmina sanctum esse non crederet? Quis non utcumque ipsis tot meritis tentaretur: ut si quando ut homo delinqueret, delictum suum hominibus nollet innotesci; & leve esse crederet, si quid in minimis peccaret; culpamque suam mallet silentio tenere, quam voce confessionis aperire? Sæpe namque contingit, ut elatus virtutibus animus, dum multa bona in estimatione proximorum de se spargi cognoverit, agnoscit non velit, si quid est quod reprehensibiliter facit. Quas videlicet erroris tenebras idcirco mens tolerat, quia cordis oculum tumor gravat. Unde beatus Job inter tot eximia facta virtutum, qui tam summissus exitit in operatione, ut demonstraret quam humilis fuerit in mente, protinus adjunxit.

Quod quasi homo abscondit peccatum, qui admittitionem primi hominis, vel erubescit conficeri quod malefecit, vel defendit.

CAPUT IX.

Si abscondi quasi homo peccatum meum. & celavi in sinu meo iniquitatem meam.] Hæc sunt namque veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam voce confessio nis aperi. At contraria, usitatum humani generis vitium est, & latendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsum primi homini haec augmenta nequitia ducimus: ex quo ipsam radicem traximus culpe. Si namque ille dum lignum vetum contigisset, abscondisse à facie Domini inter ligna paradisi. In qua absconde, scilicet quia Dænum latere non poterat, non latendi effectus describitur, sed affectus notatur. Qui cum angeretur a Domino, quod de ligno-vetio contigisset, illico respondit: *Mulier, quam dedisti mihi fidem, ipsa mihi dedit de ligno, & comedit.* Ipsa quo

Si ij

Gen.3. 4

Ibid. que mulier inquisita respondit, dicens: *Serpens decepit me, & comedi.* Ad hoc quippe requisiti fuerant, ut peccatum quod transgrediendo commisserant, confitendo delerent. Unde & serpens ille persuasor, qui non erat revocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque homo est ubi esset, ut perpetrata culpam respiceret, & confitendo cognosceret quam longe à conditoris sui facie abseler. Sed adhibere sibi met utrique defensionis solatia, quam confessionis, elegerunt. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem; auxerunt culpam, quam tueri conati sunt: oblique Adam Dominum tangens, quod ipse peccati eorum auctor extiterit, qui mulierem fecit: & Eva culpam ad Dominum referens, qui serpentem in paradiſo posuisset. Qui enim ore diaboli fallentis audierant: *Eritis sicut dij:* quia Deo esse similes in divinitate nequierunt, ad erroris sui cumulum Deum sibi facere similem in culpa * norati sunt. Sic ergo reatum suum dum defendere moluntur, addiderunt, ut culpa eorum atrocior discussa fieret, quam fuerat perpetrata. Unde nunc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt: ut cum de virtuo suo quisque arguitur, sub defensionum verba, quasi sub quadam si arborum folia abscondatur, & velut ad quadam excusationis sue opaca secreta faciem conditoris fugiat, dum non vult cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione non se Domino, sed Dominum abscondit sibi. Agit quippe, ne omnia videntem videat, non autem ne ipse videatur. Quo contrâ cuique peccatori jam exordium illuminationis, est humilitas confessionis: quia sibi met ipsi jam parcere renuit, qui malum non erubescit confiteri, quod fecit: & qui defendendo accusari potuit, accusando se celerrimè defendit. Unde & mortuo Lazaro, qui mole magna premebat, nequam dicitur: *Revivisce, sed: Veni foras.* Ex qua scilicet resurrectione, quae gesta in illius est corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur: *Veni foras;* ut nimis homo in peccato suo mortuus, & per molem mala consuetudinum jam sepultus, quia intra conscientiam suam absconsus jacet per nequitiam, à semetipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim, *Veni foras* dicitur, ut ab excusatione atque occultatione peccati, ad accusationem suam ore proprio exire provocetur. Unde David propheta ab illa tanti * mole facinoris reviviscens, ad vocem Domini quasi foras exiit, dum per Nathan correptus, quod fecerat accusavit. Quia igitur haec occultationis culpa in humano genere vehementer excrevit, bene beatus Job cum diceret: [*Si abscondi peccatum meum,*] interpositus: [*Quis hemo.*] Hominis quippe esse proprium conspicit, quod ex parentis veteris imitatione descendit. Ubi aptè subditur.

Quod perfecta humilitatis indicium sit, peccata & ultra accusare, & aliis accusantibus non negare.

CAPUT X.

T. celavi in finu meo iniquitatem meam.] Scriptura etenim facra, plerumque finum ponere pro mente confuevit: sicut vox Ecclesiae de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem conjuncti sunt, sed vita disjuncti, per Psalmistam dicitur: *Redde vicinis nostris septuplum in finu corum.* Ac si aperte diceret: In mente sua recipient hoc, quod in nostris corporibus senvientes operantur: ut dum nos exteriori ex parte puniunt, ipsi interiori perfectè puniantur. Quia igitur finus secretum mentis accipitur, in finu iniquitatem celare, est hanc in conscientiae latibilis occultare; nec per confessionem detegere, sed per defensionem velare. Quo contrâ

A Jacobus dicit: *Confitemini alterutrum peccata vestra, Iacob,* & orate pro invicem, ut salvemini. Salomon quoque ait: *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur,* ^d *qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur.* Sed inter hæc sciendum est, quod plerumque homines & culpas confitentur, & humiles non sunt. Nam multos novimus, qui arguente nullo, peccatores se esse confitentur: cùm verò de culpa sua fuerint fortasse corrupti, defensionis patrocinium querunt, ne peccatores esse videantur. Qui si tunc cùm id sponte dicunt, peccatores se esse veraci humilitate cognoscerent, cùm arguuntur ab aliis, esse se quod confessi fuerant, non negarent. Quia in re indicia vera confessionis sunt, si cùm quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicunt. Nam quia scriptum est: *Iustus in principio accusator est suis:* non magis ^{prov.} peccator, sed iustus videri appetit, cùm peccator ^{c.} se quisque nullo arguente confitetur: sed confessio- nis veritatem probat, cùm alter malum quod feci- mus, increpat. Quod si superbè defendimus, liquet quia peccatores nos ex nobis factè dicebamus. Unde summopere curandum est, ut mala quæ fecimus, & sponte fateamur, & hæc aliis argumentibus non negemus. Superbia quippe vitium est, ut quod de se fateri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dederigatur. Beatus itaque Job quantum fuerit humilitatis ostendit, qui se & inter adversarios neverat vivere, & tamen non verebatur culpas voce confessionis aperire. Sed notandum, quod superius virtutes suas loquitur, inferius peccatum fatetur. Hinc enim liquidè demonstrat, quam vera de bonis suis dixerat, qui noluit tacere de malis. Modò virtutes suas indicat, modò culpam: quia & perpetraverit peccatum, & non tacerit, manife- stat. Unde certissime appetit quantæ munditiae in omnipotens Dei oculis fuerit, qui & vitavit mala, ne committeret, & tamen quæ eum committere contigit, hominibus non abscondit: quatenus ei & justitia sit gloria, declinasse peccatum, & justitia cu- stodia, quod non potuit declinare, prodidisse. Videatur vir iste cuiilibet magnus in virtutibus suis, mihi certè sublimis appareat etiam in peccatis suis. Miren- tur in eo, qui volunt, castitatis continentiam, mirentur integratem justitiae, mirentur viscera pietatis: ego in eo non minus admiror confessionem humiliam peccatorum, quam tot sublimia gesta virtutum. Scio enim, quod per infirmitatis verecundiam plerumque gravioris est certaminis, commissa pecca- ta prodere, quam non admissa vitare: & unumquodque malum quamvis robustius viceatur, tamen humilius proditur. Beatus ergo Job, qui tot magnis operibus fultus, confiteri culpam non erubuit, offendit in virtutibus, quam humilis fuit. Sed quia ex humilitate vera secura semper auctoritas nascitur: ut tanto foris nil metuat, quanto ad retum culmina animus per elationis desiderium non anhelat, expressa confessione peccati, rectè subjungitur: [*Si expavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum ter- ruit me: & non magis tacui, nec egrediens sum ostium*] E Magna est securitas cordis, nil concupiscentia habe- re secularis. Nam si ad terram adipiscenda cor in- hiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest: quia aut non habita concupiscit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat: & dum in adversis sperat pros- pers, in prosperis formidat adversa: huc illucque quasi quibusdam fluctibus volvitur, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Si verò semel in appetitione supernæ patriæ forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium per- turbatione vexatur. A cunctis quippe externis moti- bus eamdem intentionem suam, quasi quedam se- cretissimum seculum petit: ibique incommutabiliter in- hærens, & mutabilia cuncta transcendens, ipsa jam tranquillitate quietis suæ in mundo extra mundū est.

Hiere.
s.d.
Habac.
2.6.

Psal. 38.

Habac.
3.6.

Psal. 115.

* al. san.
d.s.

Excedit profecto imam omnia intentione summorum, & cunctis rebus quas non appetit, libertate quadam se supercessit sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus suffinet, quam intuetur foris: quia terrena omnia, qua concupita opprime mentem poterant, despœta subteriacent. Unde bene per prophetam dicitur: *Statue tibi speculum: ut dum quicunque speculator summa, supereminat infimis.* Hinc etiam Habacuc dicit: *Super custodiam meam stabo.* Stat quippe super custodiam suam, qui per soleriam disciplina terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet: ut dum semper stantem appetit aeternitatem, infra sit ei omne quod transit. Tamen quia sanctus vir quantalibet virtute proficerit, cum in hac vita positum adhuc extrinsecus carnis infirmitas premat, ut scriptum est: *Quamquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur.* plerumque agitur, ut & turbetur exterior, & inturbabilis perdur interius: & quod vanè conturbari potest, de infirmitate carnis sit, quamvis in imagine Dei ambulet de virtute mentis: quatenus & roboretur intus divino adjutorio, & tamen adhuc foris sarcina prematur humana. Unde bene Habacuc iterum unam sententiam protulit ad utraque sermone, videntem. Ait enim: *Et introivit tremor in ossa mea, & subitus me turbata est virtus mea.* Ac si diceret: Non mea virtus est, in qua superius raptus imperturbabilis maneo: sed mea infirmitatis est, in qua inferius turbor. Ipse ergo super se imperturbabilis est, ipse sub se perturbabilis: quia super se ascenderat, in quantum rapiebat ad summam: & sub se metipso erat, in quantum adhuc reliquias trahebat in infima. Ipse super se imperturbabilis est, quia in Dei jam contemplationem transferat: ipse sub se perturbabilis, quia sub semetipso adhuc infirmus homo remanebat. Huic sententia David propheta concinens, ait: *Ego dixi in excessu mentis mea: Omnis homo mendax.* Cui responderi potest: Si omnis homo, & tu: falsaque jam erit sententia, quam mendax ipse protulisti. Si vero ipse non es mendax, vera jam sententia non erit: quia dum tu verax es, non omnis homo cognoscitur mendax. Sed notandum est, quod praemittitur: *Ego dixi in excessu mentis mea.* Per excessum ergo mentis, etiam semetipsum translit, cum de homini qualitate definitur. Ac si patenter dicat: De falsitate omnium hominum inde veram sententiam protuli, unde ego ipse super hominem fui. Intantum vero & ipse mendax, in quantum homo: intantum autem omnino non mendax, in quantum per excessum mentis super hominem. Sic itaque si perfecti omnes, quamvis adhuc aliquid turbulentum de infirmitate carnis tolerent, jam tamen intrinsecus tranquillissimo secreto perfriuntur per contemplationem mentis: ut quidquid acciderit exteriori, in nullo turbet interiori. Unde beatus Job securitatem * in esse mentis ostendens, postquam de se tot virtutum predicatione protulit, hoc quod praemissum fecutus, adjunxit.

Quod Sancti eos non timeant: à quibus nihil exceptant: & contempni à proximis cum omni patientia sustinentes, ad consumelias nec verbum reddunt.

CAPUT XI.

SI expavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egredii sum ostium.] Ac si aperte dicat: Turbatis contra me extrinsecus alii, ipse in me intrinsecus imperturbabilis mani. Quid namque in hoc loco ostium, nisi os debemus accipere? Per os quippe quasi egredimur, dum verbis quibus possumus, secreta nostri cordis aperimus: & quales intus manemus in conscientia, tales foras egredimur per lingam. Sunt vero nonnulli, qui omnino despici me-

tuunt, ac ne viles fortasse judicentur, sapientes vide ri appetunt. Hi coguntur ostium egredi: quia pulsati contumelii, quam magni apud se lateant, loquentes denunciant. Dumque per impatientiam vietam, quædam de se, qua nesciebantur, produnt, tamquam per oris ostium egrediuntur. Unde beatus Job dicitur quid oris ostium non fuisset egreditus, bene præmisit: [*Tacui.*] quia videlicet impatientia turbatus, à domo conscientia exisset, si tacere ne scisset.

Quod exemplo Domini, ibi de doctrina celesti sicut dum est, ubi auditores non ad adficationem, sed ad curiositatem convenient.

CAPUT XII.

Sancti etenim viri in commotionis tentatione semetiplos ostendere omnino refugunt, & cum audi entibus prodeesse nequeunt, etiam despici tacentes volunt, ne de sapientia sua ostentatione glorientur. Cumque aliquid dicunt prudenter, non querunt gloriam suam, sed auditorum vitam. Cum vero conscipiunt, quia auditorum vitam loquendo luxuriant non possunt, tacendo abscondunt scientiam suam. Ad imitandum quippe viam Domini, quasi ad quoddam nobis propositum signum currimus. Ipse enim, quia Herodem vidit non profectum querere, sed signa vel scientiam velle mirari, requisitus ab eo tacuit: & quia constanter tacuit, ab eo iritus exiit. Scriptum namque est: *Herodes autem visus Luc. 23: temporis, videbat eum, eò quid audiret multa de illo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.* Ubi & subditur: *Interrogabat autem illum multis sermonibus; at ipse nihil illi respondebat.* Tacens vero Dominus, quām sit despectus ostenditur, cum illic protinus subinfuritur: *Sprexis illum Herodes cum exercitu suo, & illius.* Quod videlicet factum oportet nos audi entes discere: ut quoties auditores nostri nostra volunt quasi laudanda cognoscere, non autem sua perverba mutare, omnino raseamus: ne si ostentationis studio verbum Dei loquimur, & illorum culpa quæ erat, esse non definat, & nostra quæ non erat, fiat. Dicat fortasse quis: Unde novimus quo corde quis audiat? Sed multa sunt, quæ audiens animum produnt: maximè si auditores nostri & semper laudant quod audiunt, & numquam quod laudant, sequuntur. Hanc inanem loquendi gloriam prædicator egregius fugerat, cum dicebat: *Non enim junius sicut puerum, adulterans verbum Dei: sed exinceps ritiae, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.* Adulterari namque verbum Dei, est aut alter de illo sentire, quām est; aut ex eo non spiritales fructus, sed adulterinos fuisse querere laudis humanæ. Ex sinceritate vero loqui, est nil in eloquio extrā quām oporteat, querere. Sicut ex Deo autem loquitur, qui scit non se à se habere, sed ex Deo accepisse quod dicit. Coram Deo vero loquitur, qui in omni quod dicit, non humanos favores appetit, sed omnipotentiis Dei præsentie intendit: non suam, sed aucto roris gloriam requirit. Qui autem se quidem ex Deo se accepisse quod dicit, & tamen dicendo propriam gloriam querit; hinc ex Deo loquitur, sed non coram Deo: quia cum, quem cordi suo non proponit cum prædicat, quai absentem putat. Sed sancti viri & ex Deo loquuntur, & coram Deo: quia & ab eo se sciunt habere quod dicunt, & ipsum suis sermonibus adesse judicem adiutoremque considerant. Unde fit, ut cum se à proximis despici agnoscent, suaque dicta vita audi entium non prodeesse, abscondant quanta virtutis sint: ne si secretum cordis inutiliter sermo prolatus aperiat, ad inanem gloriam prorumpat. Beatus igitur Job inter obstinatas mentes non appetens ex virtutis sua patefactione clarescere, ait: [*Si despectio pro-*

Si iii

pinguorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium.] Qui enim per humilitatem solidus, nequaquam despici timuit; hunc ut foras lingua ejiceret, impatientia non evicit. Ubi bene premititur. [Si expari ad multitudinem nimiam:] ut cuius constantia fuerit agnoscatur: quia videlicet nequaquam terret exterius numerus hominum, quem non devastat interius turba vitiorum. In hac eternam vita, qui nulla prospera appetit, nulla proculdubio adversa pertinefecit. Quia scilicet verba si ad intellectum mysticum perrahimus, in eis citius operationem nostri Redemptoris invenimus. Ipse quippe ad multitudinem nimiam non expavit, qui persecutores suos cum gladiis & fustibus venientes, una tantum responsive perculti, dicens: *Ego sum Ipussum despiciens propinquorum non terruit, qui nos ab aeternis suppliciis liberans, palmas in facie equanimiter accepit.* Ipse tacuit, & ostium egredi non est, qui sub ipsa iam hora passionis cum humanitatis infirma pateretur, divinitatis sue potentiam exercere noluit, Mediatori quippe Dei & hominum, quasi egredi ostium fuisset, si cum teneretur ut homo, maiestatis sue potentiam voluisse ostendere; & per divinitatis magnitudinem, suscepta carnis infirma transire. Ut enim apertus homo mori posset, Deus manlit occultus: *quia se cognovissem, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Non est ergo egredi ostium, qui & requiritur a Pilato tacuit: atque inter persecutorum manus & corpus passioni obtulit, quod pro electis assumperat, & resistenter noluit demonstrare quod erat. Unde etiam per Psalmistam dicitur: *Possuerunt me in abominationem sibi, iradivissem, & non egrediebar.* Cum enim despiceretur quia homo videbatur, egredi fuisset, si occultare maiestatem suam ostentare voluisse. Sed quia infirmatorem prodidit, potentiam abscondit: in eo quod persecutoribus suis incognitus manxit, ad eos minimè exivit. Qui tamen ad electos exit: quia divinitatis sue suavitatem querentibus aperit. Unde ei per Prophetam dicitur: *Existi in salutem populi tui, ut salvos facias christos tuos.* Sequitur.

Quid efficaciores voces in auribus Dei habeant desideria sancta, quam verba clamorosa.

C A P U T XIII.

Quis miki tribuat adjutorem, ut desiderium meum D
Omnipotens audiat?] Sanctus vir postquam tot virtutum suarum sublimia gesta narravit, sciens quod suis meritis ad summam pervenire nequeat, adjutorem querit. Et quem nimurum, nisi unigenitum Dei Filium contemplatur, qui humanam naturam in hac mortalitate laborantem dum suscepit, adjuvit? Ipse quippe adjuvit hominem factus homo: vt quia puro homini via redeundi non patet ad Deum, via redeundi fieret per hominem Deum. Longè quippe distabamus à justo & immortali, nos mortales & injusti. Sed inter immortalem & justum, & nos mortales & injustos apparuit mediator Dei & hominum mortalis & justus, qui & mortem haberet cum hominibus, & justitiam cum Deo: ut quia per ima nostra longè distabamus à summis, in seculo uno jungeret ima cum summis: atque ex eo nobis via redeundi fieret ad Deum, quo summis suis ima nostra copularet. Hunc ergo beatus Job per totius Ecclesiae significationem loquens, mediatorem requirit, qui cum dixisset: [*Qui miki tribuat adjutorem,*] aperte subdidit: [*Pi desiderium meum Omnipotens audiat.*] Sciebat quippe, quod ad requiem liberationis æternæ, humanæ preces nisi per advocationem suum audiiri non possent. De quo per Joannem Apostolum dicitur: *Si quis peccaverit, ad vocatum habemus apud Patrem Iesum Christum insum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris antem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

A De quo Paulus Apostolus dicit: *Christus Jesus, qui mortuus est pro nobis, immo qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Unigenitus enim Filio pro homine interpellare, est apud coeterum Patrem seipsum hominem demonstrare: eique pro humana natura rogasce, est eamdem natum in divinitatis sue celitudo suscepisse. Interpellat igitur pro nobis Dominus non voce, sed miseratione: quia quod damnari in electis noluit, suscipiendo liberavit. Adjutor ergo queritur, ut desiderium exaudiatur: quia nisi pro nobis interpellatio mediatoris intercederet, ab auctore Dei proculdubio nostrarum precum voces silerent. Notandum quoque est, quod nequaquam dicitur preces, sed desiderium meum *Omnipotens audiat.* Vera quippe postulatio non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namque voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra, sed desideria. Aeternam eternam vitam si ore perimus, nec tamen corde desideramus, clamentes tacemus. Si vero desideramus ex corde, etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est, quod in eremo populus vocibus perstrepit, & Moyses a strepitu verborum taceret: & tamen filens aure divinae pietatis auditur, cum dicitur: *Quid Exod. clamas ad me?* Intus ergo in desiderio est clamor secundus, qui ad humanas aures non pervenit, & tamen auditum conditoris teplet. Hinc est, quod Anna ad templum pergens, ore quidem tacuit, & tamen tot sui desiderio voces emisit. Hinc in Evangelio Dominus dicit: *Intra in cubiculum tuum, & clamabo ostio tuo, ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Claudio quippe ostio petit in cubiculo, qui tacente ore, in conspicet superna pietatis fundit affectum mentis. Et vox auditur in abscondito, cum per sancta desideria silenter clamatur. Unde roget quoque per Psalmum dicitur: *Desiderium pauperum exaudiuit. Dominus;* * preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Sed beatus Job, quem sibi in exaudiendo desiderio adjutorum querat, subiunctis verbis aperit, dicens: [*Et librum scribat ipse qui judicat.*] Quia enim timenti adhuc populo lex est transmissa per servum; diligentibus vero filiis Evangelii gratia est collata per Dominum, qui ad redemptionem nostram veniens, novum nobis testamentum condidit; sed de eisdem nos testamenti mandato discussions, quandoque etiam judex venit: necessarium non est, ut per expositionem clarescat, quia librum scribit ipse qui judicat. Ipsa enim per se Veritas dicit: *Iacobus 5. Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Erit ergo tunc auctor judicii, qui nunc est conditor libri: ut tunc districtus exigat, quod modò mansuetus jubet. Sic namque quotidiane conspicimus, quod magistri pueris elementarum blandientes imponunt, sed haec ab eis levientes exiungunt: & qua dant cum mansuetudine, cum verbere requirunt. Blanda namque nunc sonant eloquii divini mandata, sed erunt aspera in exactione sentienda. Manuera modò est admonitio vocantis, sed tunc districta ventura est justitia judicis: eo quod certum est, quia nihil vel minimi mandati sine discussione pratereat. Quo videlicet constat, quia librum scripsit ipse qui judicat. Quem scilicet librum novi testamenti, quia ipse per se humani generis redemptor in extremo conderet, bene Ezechiel propheta denunciat, dicens: *Ecce sex viri venient ab porta superiori, qua respicit ad Aquilonem, & uniuscujusque vas interius in manu eius. Vir quoque unus in medio eorum vestitus lineis, & atramentarum scriptor ad renes eius. Quid namquam aliud in sex viris venientibus, nisi sex aetates humani generis designantur? Qui de via portae superioris veniunt: quia a conditione paradisi, sicut ab ingressu mundi, a superioribus generationibus evolvuntur. Quae portae*

ad Aquilonem respicit: quia videlicet mens humani generis virtus aperta, nisi calorem charitatis defensorem, torporem mentis appeteret, ad hanc mortalitatem latitudinem non exisset. *Et umuscujusque vas interius in manu ejus:* quia unaquaque generatio singulis quibusque atribus evoluta, ante Redemptoris adventum in sua operatione habuit, unde pœnam damnationis sumpsit. *Vir quoque unus in medio eorum vestitus lineis:* quia Redemptor noster etiam de sacerdotali tribu juxta carnem parentes habere dignatus, vestitus lineis venire perhibetur. Vel certè, quialinum de terra, non autem sicut lana de corruptibili carne nascitur; quia indumentum sui corporis ex matre virgine, non autem ex corruptione commixtiois sumpsit, profecto ad nos vestitus lineis venit. *Et atramentarium scriptoris ad renes ejus:* In renibus posterior corporis pars est. Et quia ipse Dominus postquam pro nobis mortuus est, & resurrexit, & ascendit in cælum, tunc testamentum novum per Apostolos scripti, vir iste atramentarium ad renes habuit. Qui enim scripturam testamenti novi postquam discessit, condidit, atramentarium quasi a tergo portavit. Hoc ergo atramentarium viro lineis vestito inharrere considerat, qui dicit: [*Et librum scribat ipse qui iudicat.*] Sed cur beatu Job, ab eo qui iudex est, librum scribi desideras? Sequitur.

Quod novi testamenti librum antiqui Sancti legere desiderabant, in quo est & doctrina perfectiorum operum, & certitudo premii post completionem præceptorum.

CAPUT XIV.

20. **V**it in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi. [Librum quippe in humero portare, est Scripturam sacram operando perficere. Et notandum quā ordinatē describitur, & prius in humero portare, & postmodum sicut corona circumdari: quia videlicet sacri eloquii mandata, si modō bene portantur in opere, post nobis coronam victoriae exhibent in retributione. Beatus autem Job cur scribi librum à iudice postulat, qui ad testam̄ntum novi pervenire tempora non valebat. Sed sicut saepē iam dictum est, electorum vocibus utitur, atque ex eorum significatione postulat, quod profuturum eis per omnia præidebat. Ipse namque per spiritum, hunc apud se librum jamdudum tenebat, quem per gratiam aspirationis accepérat & vivendo cognoscere, & prævidendo nunciare. Sed inter hæc sciendum est, quia cū ejusdem sacri eloquii præcepta cogitamus, cumque mentem à vita corruptibilis amore divertimus, quasi quibusdam cordis passibus ad interiora properamus. Nemo autem insima deservens, repente fit summus: quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum quotidie mens in altum ducitur, ad hoc proculdubio velut ascensionis cuiusdam gradibus pervenitur. Unde hic quoque aptè subiungit: *Per singulos gradus mos pronunciabo illum.*] De his quippe meritorum gradibus per Psalmistam dicitur: *Ambulabunt de virtute in virtutem.* De his iterum sanctam Ecclesiam contemplatus, ait: *Deus in gradibus ejus dignoscitur, dum suscepit eam.* Neque enim, sicut dictum est, repente ad summam pervenitur, sed ad virtutum celitudinem per incrementa mens ducitur. Hinc namque est, quod Prophetæ idem iterum dicit: *Exercitatus sum, & defecit paulisper spiritus meus.* Quid est itaque, quod ait: *Spiritus meus, nisi spiritus hominis, videbit spiritus elationis?* Et quia per occultam gratiā ad amorem Dei temperatā despicer mensura proficiunt, quantū in nobis quotidie de Dei spiritu virtus crescit, tanto noster spiritus deficit. Qui spiritus erroris, quia non à nobis subiit penitus amputatur, bene paulisper defecisse perhibetur. Tunc verò in Deo plenè proficiunt, cū à nobisipsis funditus

defecerimus. Hæ itaque crescentium mensura virtutum, sancti viri vocibus gradus dicuntur. Electus etenim quisque à rudimenti sui prius teneritudine inchoat, ad robusta postmodum & fortia convalescit. *Quod aperte in Evangelio demonstrat Veritas,* dicens: *Sic est regnum Dei, quemadmodum si jaciat homo sementem in terram, & dormiat, & exrigat nocte ac die, & semen germinet, & increbat, dum nescit ille.* Cujus nimurum seminis incrementa denuncians, adjungit: *Vt illa enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.* Cujus prefectus quoque etiam finem subrogat, dicens: *Et cum ex se producerit fructus, statim mittit falcam, quoniam venit tempus messis.* Ecce Veritatis vox per qualitates frugum, distincta sunt incrementa meritorum. Ait enim: *Primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.* An non herban adhuc tunc fuerat Petrus, cùm ab ancilla ore subiit unius flatu sermonis inflexus est, jam quidem per devotionem viridis, sed adhuc per infirmitatem tener, Plenum verò frumentum in spica inventus est, quando persequenteribus principibus resistebat, dicens: *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus.* Plenum verò frumentum in spica inventus est, quando in tritura persecutionis tota verbera pertulit, & tamen nequaquam palearum more immunitus est, sed granum integrum mansit. Paulisper quippe in unquam anima, ut ita dicam, internæ gratia humor exuberat, ut herba in frugem crescet. Nemo ergo quilibet proximum, cū adhuc herbam videt, de frumento desperet. Ab herbarum quippe foliis, quæ hue illaque molliter defluunt, turgentia frugum grana solidantur. Bene autem Daniel propheta, loquente ad se Domino, dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, hæc meritorum incrementa signavit. Ait enim: *Audiri vocem verborum ejus, & audiens faciem confernatus super faciem meam, vulnusque meus hæbat terre.* Et ecce manus tetigime, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, & dixit ad me: *Daniel vir desideriorum, intellige verba que ego loquar ad te, & sis in gradu tuo: nunc enim missus sum ad te.* Cunque dixisset mihi sermonem istum, fetti tremens, & ait ad me: *Noli mettere.* Quam videlicet positionem sui corporis, dum verba intrinsecus loquentis audiret, nequaquam nobis tantā curā exprimeret, si à mysteriis vacare cognovisset. In Scriptura enim sacra justi viri non solum quod dicunt, propheta est, sed etiam plerumque quod agunt. Vir itaque sanctus internis mysteriis plenus, per positionem quoque corporis exprimit virtutem vocis: & per hoc, quod primum in terra prostratus jacuit; per hoc, quod se postmodum in manuum suarum articulis & in genibus erexit; per hoc, quod ad extremum erectus quidem, sed tremens constitit, in semetipso nobis omnem ordinem nostri profectus innotescit. Verba enim Dei in terra jacentes audiimus, cū in peccatis positi, terrena pollutioni conjuncti, Sanctorum voce spiritualia præcepta cognoscimus. Ad quæ præcepta, quasi super genua & super manum nostrarum articulos erigimur; quia à terrenis contagis recedentes, quasi jam ab infimis ventrem levamus. Sicut enim rotus terra inhæret, qui confernatus jacet: ita qui in genibus & manuum suarum articulis incurvatur, inchoante profectu ex magna jam parte à terra suspenditur. Ad extremum verò voce Dominica erecti quidem, sed trementes assitimus, cū à terrenis desideris perfectè sublevati, verba Dei quod pleniū cognoscimus, plus timemus. Adhuc enim quasi in terra jacet, qui ad caelestia erigi terrenorum desiderii negligit. Quasi sublevatus autem adhuc manibus & genibus incombis, qui quædam jam contagia deserit, sed quibusdam adhuc terrenis operibus non contradicit. Jam verò ad verba Dei erectus assistit, qui perfectè

mentem ad sublimia erigit, & per immunda desideria incurvati contemnit. Bene autem trementem se sterisse indicat: quia examen subtilitatis internae, quod plus ad illud proficitur, amplius formidatur. Ubi apte divina voce subjugitur: *Noli metuere;* quia cum plus ipsi quod timeamus, agnoscamus, plus nobis de Deo per internam gratiam infunditur quod amemus: quatenus & contemptus noster paulisper transeat in timorem, & timor transeat in charitatem: ut quia querenti nos Deo per contemplum resiliimus, per timorem fugimus; & contemptu quandoque & timore postposito, solo ei amore jungamur. Paulisper enim etiam timorem ejus discimus, cuius filius dilectioni inhaeremus. Appositus igitur quasi quibusdam gradibus profectus nostri, mentis pedem prius per timorem in imo ponimus, & postmodum per charitatem ad alta amore levamus: ut ab eo, quo quisque tumet, reprimatur ut timeat, & ab eo quod jam metuit, sublevetur ut præsumat. Hos autem virtutum gradus non magni laboris est prehendere, cum ab una ad alteram transfiguratur. Sed subtilissima disputatione res indiger, cum mens penitare nititur, in una eademque virtute quibus profectus sui gradibus elevetur. Ut enim prima elementa virtutum, fidem scilicet & sapientiam loquar, obtineri singula perfectè nequeunt, nisi ad hæc distinctè ordinatisque modis, quasi quibusdam gradibus ascendamus. Ipsa enim fides, qua ad bona alia perfectè capessenda nos imbuīt, plerumque in exordiis suis & nutata, & solida est; & jam certissime habetur, & tamen de ejus fiducia adhuc sub dubitatione trepidatur. Pars namque ejus prius accipitur, ut in nobis postmodum perfectè compleatur. Si enim certo gradu in credientis mente non proficeret, requisitus in Evangelio pater sancti pueri non dixisset: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam.* Adhuc ergo ascendebat ad fidem quam jam perceperat, qui uno eodemque tempore clamabat se & jam credere, & adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc est etiam, quod Redemptori nostro à discipulis dicitur: *Auge nobis fidem;* ut quæ jam accepta per initium fuerat, quasi per augmentum graduum ad perfectionem venire. Ipsa quoque sapientia, qua esse bonorum operum soler magistra, anhelanti menti per incrementa tribuitur: ut ad eam proculdubio magni moderaminis gradibus ascendatur. Quod bene Ezechiel propheta figurata narratio denunciat, qui de eo viro, quem in excelso monte viderat, narrat dicens: *Mensis est cubitus mille, & transduxit me per aquam usque ad talos Rarusque mensis est mille, & transduxit me per aquam usque ad genua. Ermensis est mille, & transduxit me per aquam usque ad renes. Ermensis est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerunt aqua profunda torrentis, qui non potest transuadari.* Quid namque millenario numero, nisi colla timuniris plenitudo signatur? Vir itaque, qui apparuit, milie cubitos metitur, & propheta per aquas usque ad talos ducitur: quia Redemptor noster cum nobis ad se conversis, boni exordii plenitudinem tribuit, domino spiritalis sapientie, prima nostri operis vestigia infundit. Aquam quippe usque ad talos venire, est jam nos per acceptam sapientiam desiderare rectitudinis vestigia tenere. Qui rursum mille metitur, & Propheta usque ad genua per aquam ducitur: quia cum boni operis plenitudo tribuitur, ad hoc usque nostra sapientia augetur, ut in pravis jam actibus minimè fecatur. Hinc namque per Paulum dicitur: *Remissa manus & dissoluta genua erige, & gressus rectos facire pedibus vestris.* Aqua ergo ad genua pervenit, cum nos percepta sapientia perfectè ad boni operis rectitudinem stringit. Qui iterum metitur mille, & Propheta per aquam usque ad renes ducitur: quia videlicet tunc in nobis plenitudo operis excrescit, quando in nobis percepta

A sapientia omnem quoque, inquantum est possibile, delectationem carnis extinxerit. Nisi enim carnis delectatio esset in rebus, Psalmista minimè dixisset: *Vrre renes meos, & cor meum.* Aqua igitur ad renes ^{Psal. 12.} venit, cum dulcedo sapientie, etiam incentiva carnis intermit: ut ea quæ vrre mentem poterant, delectationis incendia frigescant. Qui adhuc mensus est mille, torrentem videlicet, quem Propheta pertransire non potuit, de quo etiam dicit: *Quoniam intumuerunt aqua profunda torrentis, qui non potest transuadari.* Percepta namque perfectione operis, ad contemplationem venitur. In qua scilicet contemplatione, dum mens in altum ducitur, sublevata videt in Deo, quia non potest penetrare quod videt: & quasi tangit aquam torrentis, quam pertransire non valet: quia & intuetur speculando quod libeat, & tamen hoc ipsum perfectè non valet intueri quod liber. Propheta ergo quandoque ad aquam pervenit, quam non pertransit, quia ad contemplationem sapientie cum ad extremum ducimur, ipsa ejus immenitas, quæ ex se hominem sublevat: ad se humano animo plenam cognitionem negat, ut hanc & tangendo amet, & tamen nequaquam pertransiendo penetret. Beatus igitur Job hæc incrementa virtutum, quia distinctè hominibus superiore munere tribui confixit, gradus vocavit: quoniam per ipsos ascenditur, ut ad cælestia obtainienda veniatur. Sacri itaque libri, id est, divini eloquii memoriam faciens, dicit: [*Per singulos gradus meos pronunciabo illum;*] quia nimur ille ad doctrinam Dei veraciter ascendit, qui ad obtainendam hanc gradibus sanctæ operationis erupit. Et quasi per singulos gradus suos librum pronunciat, qui percepte se ejus scientiam non per verba tantummodo, sed etiam per opera demonstrat. Unde adhuc subditur: *Et quasi principi offeram eum.*] Omne enim quod offerimus, in manibus tenemus. Venient ergo ad judicium principi librum offerre, est verba præceptorum illius in actione tenuisse. Sequitur.

Quid adversus prepositos Ecclesie, terra clamat cum fulci suis, quando deesse sibi doctrina seminatum subditu conqueruntur, vel cum eis à prælatis peccati exempla monstrantur.

CAPUT XV.

SI adversum me terra mea clamat, & cum ipsa fulci ejus deflent: si fulci eus comedì absque pecunia, & animam agricolarum ejus affixi: pro frumento oriatur mibi tribulus, & pro hordeo spina.] Quid est clamare terram, deflere fulcos, & fructus proprios emendo comedere? Cui umquam necesse est sua emere? Quis clamantem auditiv terram? Quis fulcos deflentes vidit? Et cum fulci terræ semper ex terra sint, quid est, quod pronunciatione distincta & clamans terra, & fulci ejus cum ea deflese denegantur? Cùm enim nihil sit aliud fulcus terræ, quam terra, magna distinctionis ratione non caret, dum subjungit: [*Et cum ea fulci ejus deflent.*] Quia videlicet in re, quia ordo historia deficit, sese nobis intellectus mysticus, quasi apertis jam foribus ostendit. Ac si patenter clamat: Quia rationem littere defecisse cognoscitis, nimur refutare, ut ad me sine dubitatione redeatis. Omnis enim, qui vel privato jure domesticam familiam regit, vel pro utilitate communis fidelibus plebis præfet, in hoc quod jura regiminis in commissis sibi fidelibus posideret, quid aliud quam terram incolendam tenet? Ad hoc quippe divina dispensatione ceteris unusquisque præponitur, ut subjectorum animus quasi subacta terra, prædicationis illius semine fecundetur. Sed terra contra possessorem clamat, si contra eum qui sibi præfet, aliquid injustum vel privatadomus, vel sancta Ecclesia murmurat. Clamare quippe terram est, contra regentis injustitiam rationabiliter

*Marc. 9.
Luc. 17.
Ezec. 49.*

Ezec. 22.

*Hebr. 12.
d*

biliter subiectos dolere. Ubi recte subjungitar: [Et cum ea fūsī ejus defēt.] Terra enim etiam nullis operibus exculta, plerumque ad usum hominis aliquod alimentum profert; exarata verò, fruges ad satietatem parit. Et sunt nonnulli, qui nullo lectio-
nis, nullo exhortationis vomere proscissi, quedam bona, quamvis minima, tamen ex semetipisci profērunt, quasi terra needum exarata. Sunt verò nonnulli, qui ad audiendum semper atque retinendum, sanctis prædicationibus ac meditationibus intenti, à priori mentis duritia, quasi quodam lingua vo-
mere scissi, semina exhortationis accipiunt, & fruges boni operis per sulcos voluntariae afflictionis reddunt. Sæpe verò contingit, ut hi qui præfunt, iuxta aliqua faciant: fitque ut ipsi subiectis no-
cent, qui prodeſſe debuerant. Quæ dum rudes qui-
que conspiciunt, commoti contra rectorem mur-
murant, nec tamen valde proximis per compatio-
nem dolent. Cum verò hi, qui jam arato lectionis
attriti sunt, atque ad frugem boni operis exculti,
gravari vel in minimis innocentes aspiciunt, per
compaffionem protinus ad lamenta vertuntur: quia
velut sua plangunt ea, que proximi injūstè patiun-
tur. Perfecti namque cum semper de spiritualibus
moveantur, tanto ſciunt de alienis corporalibus
damnis ingemiscere, quanto jam edociti sunt non
dolere de suis. Omnis ergo qui præfet, si perversa
in subditis exercet, contra hunc terra clamat, &
fulci defēt: quia contra ejus injūstiam rudes qui-
dem populi in murmurationis vocibus erumpunt,
sed perfecti quique pro pravo ejus opere ſele in fle-
ribus afflignant: quodque imperiti clamant & dolent,
hoc probatoris vita ſubiecti defēt & tacent. Cum
clamant ergo terra fulcos plangere, eft per hoc
unde multitudine fidelium iustè contra rectorem
queritur, uberioris vita homines ad lamenta per-
venire. Sulci itaque & ex terra ſunt, & tamen à
terra vocabulo diſtinguuntur: quia hi qui in ſancta
Ecclesiæ mentem ſuam labore ſancta meditationis
excolunt, ceteris fideliibus tantò meliores ſunt,
quantò per accepta ſemina fecundiores operum fru-
ges reddunt. Et ſunt nonnulli, qui ſanctis plebeibus
prælati, vita quidem ſtipendia ex Ecclesiastica lar-
gitate conſequuntur, ſed exhortationis ministeria
debita non impendunt. Contra quos adhuc exem-
plum ſancti vii recte subjungitur, cum ab eo pro-
tinus ſubinfertur.

Quod absque pecunia fructus Ecclesiæ comedit, qui
ecclesiastica commoda accipiens, prædicationis
debitum non impedit.

C A P U T XVI.

25.11. 25. c **S**i fructus ejus comedit: abſque pecunia.] Fructus ſetenim terra abſque pecunia comedere, eft ex Ecclesiæ quidem ſumptus accipere, ſed eidem Ecclesiæ prædicationis premium non præbere. De qua vi-
delicet prædicatione auctoris voce dicitur: Opor-
tuit te committere pecuniam meam nummulariis; &
veniens ego recipiſſem utique quod meum erat cum
uſura. Terra itaq; fructus abſque pecunia come-
dit, qui ecclesiastica commoda ad uſum corporis
percipit, ſed exhortationis ministerium populo non
impedit. Quid ad hæc nos pastores dicimus, qui
aduentum diſtriicti judicis præcurrentes, offi-
cium quidem præconis ſuſcipimus, ſed alimenta ecclie-
ſiaſtica muti manducamus? Exigimus quod noſtro
debetur corpori, ſed non impendimus quod ſubje-
ctorum debemus cordi. Ecce vir ſanctus tot in hoc
ſeculo pignoribus obſtrictus, inter occupations
innumeræ, liber ad ſtudium prædicationis fuit.
Qui fructus terra numquam ſine pecunia comedit:
quia nimis ſubditis verbum bona admonitionis
reddidit, à quibus fructus corporeæ ſervitutis accep-
pit. Hoc namque debet omnipotenti Deo omnis-

S. Greg. Tom. I.

A qui præfet populo, hoc qui multis, hoc qui paucioribus præfet: ut ſic debita minifteria à ſubditis exi-
gat, quatenus ipſe etiam quid ſemper admonitionis debeat, ſollicitus attendat. Omnes namque, qui ſub dispensatione conditoris vicario nobis mi-
nifterio jungimur ſub uno ac vero domino, quid nobis aliud niſi invicem ſervi ſumus? Cū igitur
iſi qui ſubeft, ſervit ad obſequium: reſtat proculdu-
bio, ut iſi qui præfet, ſerviat ad verbum. Cū iſi
qui ſubeft, iuſſis obtemperat: oportet ut iſi qui
præfet, curam ſollicitudinis ac pietatis impendat.
Sicque fit, ut dum ſtudioſe nunc ſervire nobis in-
viciem per charitatem nitimur, quandoque cum
vero Domino communi exultatione dominemur.
B Sed ſunt nonnulli, qui in eo quid officium prædi-
cationis exhibent, aliis invident bonum quod ha-
bent, atque ideo iam veraciter non habent. Quibus
recte per Jacobum dicitur: *Quod si zelum amarum*
habetis inter vos, & contentiones ſunt in cordibus vestrīs: ^{1acob.3.} *non eſt iſa sapientia deſurfum descendens, ſed terrena, animalis, diabolica.* Unde hic quoque
cū dicitur eſt: *Si fructus ejus comedti abſque pecunia;*] recte ſubjugitur: [*Et animam agricultu-*
rum ejus affixi.] Agriculta quippe hujus terra ſunt
hi, qui minori loco poſiti, quo valent zelo, qua-
to poſſunt opere, ad eruditioñem ſancta Ecclesiæ
in prædicationis gratia cooperantur. Quos videli-
cet terra hujus agricultas, hoc eft non affligere, eo-
rum laboribus non invidere: ne rector Ecclesiæ
dum ſoli ſibi ius prædicationis vindicat, etiam aliis
recte prædicantibus invidia ſe mordente contradic-
cat. Pia etenim paſtorum mens, quia non propriam
gloriam, ſed auctoris querit, ab omnibus vult ad-
juvari quod agit. Fidelis namque prædicator optat,
ſi fieri valeat, ut veritatem quam ſolus loqui non
ſufficit, ora cunctorum ſonent. Unde cū Jofue
duobus in caſtris remanentibus atque prophetanti-
bus vellet obſtare, recte per Moyen dicitur: *Quid Num.13.*
annularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus pro-
pabet, & det eis Dominus ſpirituſum? Prophe-
tare quippe omnes voluit, quibonum quid habuit,
aliis non invidit. Quia igitur beatus Job cuncta
hæc ſuſpensa inuitit, & iſi ea minimè fecerit, ſen-
tentia le maledictionis adſtrigit, ſequitur.

*Quod contra negligentes prepositos non immerito à
ſubditis murmuratur.*

CAPUT XVII.

Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina.] Ac fi aperte dicat: Si injustum quid erga
ſubditos geſſi, ſi exegi debita, & ipſe quod debui
non impendi, ſi exercitationem boni operis alii in-
vidi: pro bonis qua in æternum reficiunt, retri-
buantur mihi in iudicio mala qua pungunt. Pro
frumento quippe tribulus, & pro hordeo ſpina ori-
tur, cū in retributione ultima, de qua remunera-
tio laboris queritur, punctio doloris invenitur. Et
notandum, quod ſicut à frumento hordeum diſtat,
E quamvis utrumque reficiat: ſic à tribulo ſpina,
quamvis ſit utrumque quod pungat: quia tribulus
mollior, & ad pungendum ſemper durior eſt ſpina.
Ait ergo: [*Pro frumento oriatur mihi tribulus, &*
pro hordeo ſpina.] At fi patenter dicat: Egiffe qui-
dem & magna me bona, & minima ſcio: fed ſi non
ita eſt, pro bonis magnis mala minima, & pro bo-
nis minimis mihi reſpondeant mala majora. Quam-
vis hoc intelligi & aliter potest. In frumento quip-
pe ſpiritale opus, quod mentem reficit; in hordeo
autem terrenarum rerum dispensatio figuratur. In
qua ſæpe dum ſervire infirmis atque carnalibus co-
gimur, quasi ſua jumentis alimenta præparamus,
arque ipſe noſtrorum uſus operum quai more hor-
dei habet aliiquid de admixtione palearum. Et ple-
T.c

rumque contingit, ut rector qui præfet, dum in-
justa contra subditos exercet, dum nullo bonis
blandimento refovet, dum quod gravius est, bene
operantes quoque ex invidia affligit; etiam quæ-
dam bona aliquando faciat, ac si frumentum serat,
seque in dispensandis terrenis rebus nonnumquam
avaritia studio, pro utilitate carnalium miscat; &
sic ejusdem laboris fructum velut messem hordei
exspectet. Sed subiecti quique pro eo quod in maxi-
mis gravantur, gaudere in ejus bonis minimis ne-
queunt: quia nec hoc opus coram Deo placet, quod
alterius operis injustitia polluit: nec ipsa terrena-
rum rerum dispensatio pro utilitate subditorum sus-
cipitur, quando is qui præfet, anhelare per
avaritiam videtur. Unde sit, ut ad ipsa etiam paucā
bona, quæ fieri inter multa mala considerant, non
laudes, sed gemitus reddant; atque infirmantes
murmurent, dum perpendunt puri operis non esse
quod vident. Ait ergo: [Si aduersum me terra mea
clamat, & cum ipsa sulci ejus deflent: si fructus ejus
comedi absque pecunia, & animam agricolaram ejus
affixi: pro frumento oriarum mibi tribulus, & pro
hordeo spina] Ac si aperire dicat: Si magna qua de-
bui, sollicitè non feci, punctiones murmuris à sub-
iectis recipiam, etiam de bono quod feci. Sineglexi

A exhibere quod soveat, justè in querelam prosiliens
eorum lingua me pungat. Quia in re semper sollicita
consideratione penitandum est, ne aut hi qui pra-
sunt exempla mali operis subiectis præbeant, co-
rumque vitam suæ gladio pravitatis extinguant: aut
hi qui alieno regimini subjacent, facilè judicare
audeant facta rectorum, atque per hoc, quod de
his qui sibi prælati sunt, murmurant, non humano,
sed ei qui cuncta disponit, divino ordini contradic-
cant. Illis namque dicitur: Oves mea his que con-
culata pedibus vestris fuerant, pascebantur, & que
pedes vestri turbaverant, hec bibebant. Oves enim
turbata pedibus bibunt, cum subiecti ea ad exem-
plum vivendi appetunt, quæ prælati quique pravo
opere pervertunt. At contrà à prælatis hi audiunt:
Nos enim, quid sumus? Nec contra nos est murmur
vestrum, sed contra Dominum. Qui enim contra su-
biperpositam sibi potestatem murmurat, liquet quod
illum redarguit, qui eamdem homini potestatem
dedit. Tandem beati Job plena mystica virtute sen-
tentias, in quibus contra amicorum verba respon-
dit, Deo largiente dignissimus: nunc superest, ut ad
Eliu verba veniamus, quæ tantò graviori circum-
spectione pensanda sunt, quantò & per juventutis
audaciam spiritu ferventiore proferuntur.

SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM JOB, LIBER VIGESIMVS TERTIVS.

CAPUT PRIMUM.

RÆFATIONEM hujus operis toties
necessariò reproto, quoties hoc in distin-
ctione voluminum locutionis mea pau-
latione succido: ut cum legendi exordi-
um sumitur, priùs ipsa memoria lectionis causa re-
novetur, & tantò robustius surgat doctrinæ ædifi-
cium, quanto ex considerata causa origine studio sius
ponitur in mente fundamentum. Beatus Job Deo lo-
sibique cognitus, in tranquillitate ad nostram no-
titiam perducendus tactus est verbere, ut odorem
suarum virium tantò latius spargeret, quanto more
aromaticum melius ex incensione fragraret. Noverat
in bonus pie subditos regere, & à malis se districte
custodire. Noverat bene uti rebus habitis: sed nel-
ciebamus si patiens permaneret ablatis. Noverat
quotidiana Deo pro sanis pignoribus sacrificia sol-
vere; sed incertum erat, si ei gratiarum sacrificium
& orbatus immolare. Ne quid ergo vitii salus te-
geret, dignum fuit, ut hoc dolor aperiret. Data
itaque est contra sanctum virum hosti callido ten-
tandi licentia. Qui dum bona ejus multis
cognita interimere appetit, etiam bonum patientiae
quod latebat, ostendit: & quem se angustare per-
sequendo credit, flagellis auctum & in exemplo
dilatavit. Nec sine gravi arte, exercuit licentiam, &
quam accepit. Nam combusit greges, extinxit fa-
milias, obruit heredes, percussit salutem corporis,
& ad intorquendum gravioris tentationis jacu-
lum, linguam servavit uxoris: quatenus sancti viri
forte ac solidum pectus & per damna rerum dolore
sterneret, & per verba conjugis maledictione
perforaret. Sed quot vulnera saeviens intulit, tot

Csancto viro nesciens victorias ministravit. Nam fi-
delis Dei famulus, uno eodemque tempore inter
vulnera & verba deprehensus, & dolentem car-
nem æquanimiter pertulit, & desipientem conju-
gem prudenter increpavit. Antiquus itaque hostis,
quia vino si in domesticis doluit, protinus extre-
riora requivit. Amicos namque ejus de locis singu-
ulis, quasi pro exercenda charitate commovit,
corumque ora sub specie consolationis aperuit:
sed per hac, jacula increpationis intorsit, quæ
eò durius cor securè audientis infigerent quod
inter ostensa & non servatae charitatis tenebras im-
provisè vulnerarent. Post hos quoque ad contu-
mellas etiam Eliu junior excitatur, ut tranquil-
litatem tantæ mansuetudinis saltem dedicata levitas
perturbaret etatis. Sed contra tot antiqui ho-
bis machinas fletit invicta constantia, fletit æqua-
nimitas infracta. Nam uno eodemque tempore
verbis adversantibus opposuit prudentiam, rebus
vitam. Nemo igitur sanctum virum, quamvis de
illo aperte post flagella scriptum sit: In omnibus ibid.
his non peccavit Job labiis suis; saltem postmodum
in contentione amicorum astinet inter verba de-
liquisse. Sarau quippe tentationem illius experti;
sed Deus qui hunc laudaverat, in seipso ejus in-
tentioem certaminis accepit. Quisquis ergo bea-
tum Job deliquisse in suis sermonibus queritur;
quid aliud quam Deum, qui pro illo proposuit,
perdidisse confitetur? Quia vero antiqui patres
fructiferis arboribus similes, non solum pulchri-
sunt per speciem, sed etiam utiles per ubertatem,
sic eorum vita pensanda est, ut cum miramur quæ